871
P5
1884
v.15

THE UNIVERSITY
OF ILLINOIS
LIBRARY
871
P5
[redacted]
1884
v.15

Digitized by the Internet Archive
in 2015

https://archive.org/details/tmacciplauticomo15plau

T. MACCI PLAVTI

COMOEDIAE

RECENSVIT

INSTRVMENTO CRITICO ET PROLEGOMENIS

AVXIT

FRIDERICVS RITSCHELIVS

SOCIIS OPERAE ADSVMPTIS

GVSTAVO LOEWE GEORGIO GOETZ FRIDERICO SCHOELL

TOMI III FASCICVLVS V

MENAECHMOS CONTINENS

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXXXIX

T. MACCI PLAVTI

MENAECHMI

RECENSVIT

FRIDERICVS RITSCHELIVS

EDITIO ALTERA A FRIDERICO SCHOELL RECOGNITA

COMOEDIARVM PLAVTINARVM

TOMI III FASCICVLVS V

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXXXIX

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

'Menaechmi quo gravius cum aliorum inveteratorum vitiorum tum lacunarum multitudine laborat, eo magis dolendum est et paucas tantum eius fabulae membranas Ambrosianas superesse et eas maximam partem tam male habitas ut Plautinae scripturae investigandae operam omnem eludant. Quarum pristinam compagem, quantum indagari potuit, hanc habetote.'

427 a. 428 a
* *
* * } Mil. glor.
379. 380
381 382 = Mil. 1423—36. 37 et Men. inscr. } L
A. a
B. b
427 b. 428 b = 57 — 75. 76 — 91*)

423. 424 = 92—110. 111—125**)
C. c
439. 440 = 159—176. 177—193
409. 410 = 193***)—212. 213—227
415. 416 = 228—246. 247—265 } LI
441. 442 = 266—283. 284—302
D. d
429. 430 = 341—357. 358—373

*) Nihil adnotaverat Ritschelius, nisi v. 90 finiri hoc folium (cf. etiam praef. Mil. p. VI): unde aberravit Geppertus Stud. Pl. II p. 64. Loewius vero haec adscripsit '*427 B. 428 B (nicht von Mai's Hand), die mit 427 A und 428 A an dem oberen Theile noch etwas zusammenhängen, sind das miserabelste Blatt, das mir bisher vorgekommen. Ausser einigen Laciniae an der inneren Seite ist vom Texte nichts erhalten. Aber auch von den Rändern fehlt der ganze äussere, die äussere Hälfte des unteren und ein kleines Stückchen des oberen Randes. Das beiliegende Pergamentstreifchen kann ich nicht sicher unterbringen* [cf. ad v. 76]. *Zuletzt ganz deutlich die Quatern.-Nota* L.'

**) Recte hoc folium definivit Geppertus (nihil legens in cohaerente folio), cum Ritschelius f. 423. 424, 429. 430, 455. 456, 457. 458 sedem pristinam definiri posse negaverit 'ut in quibus nihil veteris scripturae superstes sit.'

***) Cf. adn. et append. ad v. 193 (a v. 195 vel potius 194 paginam incipere notaverat Ritschelius).

E.	e	
F.	f	LII
391.	392 = 446—462. 463—482	LII
411.	412 = 483—501. 502—521	LII
413.	414 = 522—541. 542—560*)	LII
401.	402 = 561—576. 577—594	LII
G.	g	LII
H.	h	LII
I.	i	LIII
K.	k	LIII
L.	l	LIII
M.	m	LIII
N.	n	LIII
O.	o	LIII
P.	p	LIII
Q.	q	LIII
R.	r	
S.	s	LIIII
T.	t	LIIII
455.	456 = ? — 1017**). 1018—1036	LIIII
457.	458 = 1036—1050. 1051—1065***)	LIIII
U.	u	LIIII
X.	x	LIIII
211.	212 = 1132—1151. 1152—Trin. inscr.	LIIII

Praeter paginas 423, 424. 429, 430 et 455—458 nihil pellucebat Ritschelio in paginis 427b et 211, propemodum nihil praeter initia quaedam vel exitus versuum in p. 428b. 440. 411. 412. 413. 414. 401, item in superiore parte paginarum 409. 410. 415. 416. 391. 392: non multum in p. 439.

*) Non recte inter versus 540 et 541 paginarum interstitium notaverat Ritschelius. Cf. p. IX.

**) Nonus huius paginae versus cum v. 1007 fuerit, ipsum initium eo minus cum aliqua probabilitate definiri potest, quia praecedentia utrum dimetris an tetrametris *A* exhibuerit nescitur. V. 1018—1022 complectebant sex versus (bipartito, ut vid., ultimo).

***) Huius quoque folii sedem in universum recte iam Geppertus definivit, etsi neque ipsum initium neque finem indicare potuit. Praecedens vero folium, etsi cum hoc cohaerere suspicatus est, tamen fortasse aliorsum pertinere opinabatur non amplius rem explanans.

441. 442. 212: haud paulum in inferiore parte p. 391. 392: aliquanto plus in inferiore p. 409. 410. 415. 416: plurimum in p. 402, quae omnium integerrima mansit.

Non minoribus difficultatibus laborabat Loewius ubi partem harum paginarum potiorem accurata lectione retractabat: quin immo ex eo tempore quo Ritschelius legerat nova accessisse detrimenta et per se consentaneum erat et nonnullis locis demonstrari poterat. Nihilo minus qua fuit sollertia non mediocriter auxit provexitque lectionem. Illius autem fide nituntur quaecunque de paginis 427 b, 428 b. 439, 440. 409, 410. 415, 416. 441, 442. 391, 392. 401, 402 testati sumus (v. 57—91. 159—302. 446—482. 561—594), nisi quod extremam paginam cum Loewii descriptio aliquamdiu latuerit ipse quoque pertractavi. Itaque mihi addendae erant paginae 423, 424. 429, 430. 411, 412. 413, 414. 455, 456. 457, 458. 211, 212 (v. 92—125. 341—373. 483—560. 1017—1065. 1132—1162), in quibus partim prima legendi experimenta feci a. MDCCCLXXXV, alia aut supplevi aut correxi a. MDCCCLXXXVIII. Quodsi multo pleniora et accuratiora testimonia de *A* iam exhiberi poterant quam in proecdosi, non miraberis vel sic multa desiderari. Velut de spatiis eorum versuum, quorum non nisi singulae litterae legi poterant, nequaquam constanter iudicari poterat modo propter membranarum miseram condicionem, modo propter ipsorum versuum rationem, variam scripturam recipientium, modo propter metiendi molestiam, cui tempus non sufficeret.

Ritschelius vero haec adiungebat:

'Paginae 212 haec species est post undecim versus primos exitum fabulae complexos:

12
13
14 . . . . . TA
15
16 . . . . . MENAECHMI — — — — TRINUMMU ·
17
18 FELICITER
19

De quibus reliquiis dixi Parerg. Pl. I p. 297*). — In paginae 382 versu 7 apparuit MENAECHM, in versu 15 FELICITER. Ipsius igitur fabulae initium fiebat in membrana *Aa*: nec tamen, quantum assequi coniectura licet, in pagina *A*, in qua videri didascaliam scriptam fuisse l. s. s. dixi, sed in *a* demum. Nam cum pagina 428*b* terminetur fabulae versu 90 [i. 91], ad sex autem paginarum spatium complendum versus requirantur CXIV, apparet unam paginam superfieri. Nisi quidem etiam ampliorem in Ambrosiano codice fuisse prologum fabulae statueris, qui vel nunc ieiunis additamentis potius quam ulla sententiarum lacuna laborat. Illis autem nonaginta versibus ubi unum addideris a scenae primae inscriptione, unum vel duos ab inscriptione prologi, habebis XCII vel XCIII: ut (modo talem in *A* fuisse, qualis est in Palatinis, prologum credideris) ad plenam quinque paginarum mensuram duo vel tres versus hodie desint. Quibus commodiorem quam post v. 78 locum vix excogitabis.'

'Vnum autem versum, non duos, primae scenae inscriptioni tribui**), quod in Menaechmis quidem hanc ipsam rationem constantem fuisse in Ambrosiano codice fidem faciunt exempla earum scenarum omnium, quarum in illo initia supersunt***): quae sunt e tralaticia scenarum descriptione I, 4. II, 1. II, 2. IV, 2†), et ut calculis recte subductis efficitur III, 2 (quode vid. annot. v. 466) atque III, 3: nam de I, 3 et IV, 1 non licet quicquam definire††). Quodsi

*) Mihi in versu 14 apparuit T————UTI, quo accedit fragmentum huc pertinens et illam continens litteram quam Ritschelius hic A notavit, cum in Parergis diceret '*ein* A *oder halbes* M'. Mihi punctum cum initio M litterae inesse visum est. Versu autem 16 non modo MENAECKMI plene apparuit, sed etiam (minus certum) INCIPIT ante TRINUM et in medio fortasse EXP.

**) At ipsum initium fabulae revera duobus versibus inscriptioni relictis distinctum esse Loewius vidit itemque inter v. 78 et 79 nihil intercessisse in *A*, cum in fine prologi potius unus accedat versus. Itaque nihil sic deest ad plenam quinque paginarum mensuram.

***) Excipitur I 2, ubi versu nullo vacuo inscriptionem inter v. 18 et 19 (109. 110) inculcatam esse litteris minoribus iam Geppertus vidit in ipsa sane lectione paululum a me discrepans.

†) Accedunt iam praeter I 3 et IV 1 (vide infra) V 8 et V 9.

††) De III 2 ipsa lectione confirmavit Loewius, item de I 3, ubi

scenae I, 3 inscriptionem item uno fuisse versu conclusam credideris, non repugnat certe reliqua condicio paginae 440. In qua quanquam videri possunt quindecim tantum versus scripti esse, qui sunt scenae I, 2 quattuor extremi cum proximae undecim primis, e quibus unus 192 per duorum spatium dispestus apparuit: tamen, etiamsi reliquorum quattuordecim nullus bipertitus fuerit, nihil impedit quominus post v. 182 non unus, sed duo intercidisse putentur. — — —*). De scena autem IV, 1 quod dixi nihil definiri posse, id caussam hanc habet quod vel sine ulla inscriptione a v. 541 ad 560 hodie numerantur viginti versus**): ut, si unum inscriptioni tribueris, duobus caruisse Ambrosiani paginam 414 appareat quos servarint Palatini. Quanquam hoc quidem soli casui tribuendum est, nec cogitandum de interpolatione, cuius suspicio in illorum versuum nullum cadit.'

'Nomen fabulae cum acrostichidis scriptor per decem litteras enarravit quae sunt MENAECHMEI, antiquitatem quam alibi affectat servavit***): atque notabilis est in hac

---

praeterea nihil deesse post v. 182, contra novum accedere versum post v. 179 intellexit.

*) Cf. append. ad v. 182 sqq.

**) Et a v. demum 542 incipere paginam vidi et unum versum vacare inscriptioni et pro versibus 545—550 quinque tantum exstare, ut summa cum probabilitate de versibus 547 sq. (*Non . . . . dato, Num . . . . dicito*) propter externam similitudinem contractis cogites, cum eandem ob causam in praecedente pagina v. 537 videatur omissus esse.

***) Mirum nuper iudicium tulit L. Muellerus cum in Indice Noniano scriberet p. 382 sq.: ''Menechmis scribi oportuit, per 'e', non sicut factum, per 'ae'. sane acrostichis fabulae exhibet illud 'Menaechmei', cum codices Plauti multum varient. itaque Ritschelius inscripsit 'Menaechmos'. at apud Nonium L, H, G nusquam diphthongum (cf. comm. in 1, 8); quem ne in Bambergensi quidem libro aut in Helveticis inveniri memini. 24, 18 L_1 'Menechimis'; cf et comm. in 338, 14. 15. sed recte a Ritschelio Opusc. II, 521 [500. 502. 506] improbatur tetrasyllabum. nam cum '-imus' antiquissimo tempore non efficeret nominum finalem, cur epenthesis fieret in talibus? ortum vero 'Menechimis' ex eo quod subinde in libris scriptis vel impressis invenitur 'Menechinis'. 'Menecmus' ut 'Clutemestra' Plauti quidem aetate seu 'Menecmum' seu potius 'Menegmum' vulgo pronuntiatum existimo''. At ex Nonii libris quales habemus in 'e' vel 'ę' exhibendo ne de Nonii quidem scriptura, nedum de Plauti, satis certum iudicium ferri potest. Qua in re multo gravius est argumenti acrostichi testimonium.

potissimum fabula pristinae EI pro I scripturae non in *A* tantum sed in *Ba* quoque frequentia: nam rasuras et radendo ortas lacunas in Menaechmis quoque multas *B* habet, in quarum partem idem cadit quod praef. Bacch. p. IX [p. VII ed. alt.] narravi.'

Ceterum codicem *B* denuo excussit Hinckius, *CD* codices Heidelbergensem*) et Vrsinianum (in quo legendo operam suam Ritschelio praestiterat Henricus Brunnius) ipse iterum versavi: de *FZ* Lipsiensi codice et principe editione deque Pyladis Pii aliorum codicibus Ritschelii adnotationes intactas reliqui**). De ℛ et 𝔖 editorum notis non est quod moneam, neque (*) signum lectorem delegare ad appendicem. Ex Ritschelii praefatione (quam scripsit Bonnae m. Sept. a. MDCCCL) haec quoque repetam:

'In perpolienda fabula cum ad actum quintum pervenissem, emendationes accepi Fleckeiseni, a quo petieram ut, si quid (ut solet) haberet quo meam operam sublevaret, id mecum amice communicaret. Quibus ita usus sum ut in labore pro virili parte peragendo pergerem et absoluta demum fabula illius sive correcturas sive coniecturas aut Plautinis verbis adhiberem aut in annotatione commemorarem. Quo factum est ut in hac toties legatur *R, item Fleckeisenus*:

Huic vero accedit Ambrosiani auctoritas, qui et MEÑAEC——KMI singulis paginis inscriptum habet (nisi quod bis erravit librarius p. 428 B MEÑEC, p. 430 MEÑES, ut vid., exhibens) et saepius in ipso contextu veram formam, nusquam alteram, perhibet. Ceteri codices Plautini cum et ipsi per se in eiusmodi quaestione minoris momenti sint, item 'ae' firmant saepius. Neque recte 'Menechimis' scripturam Muellerus ex 'Menechinis' derivavit. Illa enim saepius etiam in antiquioribus codicibus invenitur (velut 'Menaechimis' Keilius apud Varronem de r. r. II ad antiquiorem refert archetypum), hanc Itali invexerunt ex 'Menoghino' Mediolanensis similitudine (cf. Burckhardtius, '*Cultur der Renaissance*' II[4] p. 40 adn.). Ceterum 'Menechinus' forma cum constans sit in recensione Itala, fortasse nostro iure concludimus ab illa non alienum esse aliquem hominem doctum Mediolano oriundum vel Mediolani degentem. Cf. Voigtius, '*Wiederbel. d. cl. Alt.*' II[2] p. 390 sq.

*) Ex *C* interdum *a* ex *o* correctum adnotaverat Ritschelius, ubi de forma litterae *a* agitur saepius usurpata, non de correctura.

**) Singulas editiones commentationesque iam a Ritschelio adhibitas etsi non perpetuo contuli, tamen ubi res monebat inspexi nonnulla addens vel corrigens.

nec enim mirum saepe nos in easdem prorsus corrigendi vias incidisse. Qui si in paucis quibusdam rebus, e metrico potissimum genere, ita discrepabamus ac fortasse discrepamus ut ab illius partibus stare nullo modo possem: (quo illud pertinet quod monosyllaba *me nam* cum similibus omnibus hiatum non in arsi tantum bisyllaba, verum etiam in thesi eaque monosyllaba pati sibi persuasit:) tam late patentis dissensionis caussas intellexi futurae disceptationi reservandas esse. — Vnum est autem quiddam in hoc metrico genere, quod cum ad Menaechmos praeter alias fabulas spectet, hoc loco commemorandum duxi. Nam cum in universum tanta sit fabularum Plautinarum omnium et in sermone et in numerorum tractatione aequabilitas, ut singularum discrepantias indagaturum verendum sit ne plerumque spes eludat, tamen aut fallimur aut a plerisque fabulis haec ipsa hoc distat, quod multo maiore in eo hiatu admittendo libertate usa est, quo trochaici septenarii binae partes dirimuntur. Quodsi eas fabulas, de quibus ex proposito a nobis apparatu certo iudicari potest, cum hac diligenter contenderis, in nulla vel omnino tot quot in Menaechmis illius hiatus exempla reperies vel tot ita comparata ut nullam ab eis condicionibus, quas prolegomenis Trinummi explicavimus, excusationem habeant. Ac primum quidem eos hinc versus segregamus, quorum in legitima caesura hiatus coniunctus est cum mutatione personarum, quales habes v. 152. 379. 384. 422. 650. 651. 868. 937. 1075. 1077. 1094:

Té morare, míhi quom obloquere :: Óculum ecfodito — ⏑ —.
Vbi tute hunc hominém nouisti :: Íbidem ubi hic me iám diu.
Nímis miror quid hoc ést negoti :: Óboluit marsúppium.
Núnc quando uis èamus intro :: Étiam parasitúm manes.
Quís hic homost :: Menaéchmus quidam :: Édepol factum néquiter.
Quís is Menaechmust :: Tú istic inquam :: Égone :: Tu :: Quis árguit.
Míhin' equis iunctís minare :: Écce Apollo dénuo.
Quíd ego dixi :: Insánu's inquam :: Égone :: Tu istic quí mihi.
Te hódie mecum exíre ex naui :: Énimuero aequom póstulas.

Húnc ego esse aió Menaechmum :: At ego me :: Quae haec fábulast.
Húnc meum fratrem ésse :: Spero :: Ét ego idem speró fore.

In quibus tanto offensionis minus hiatus habet, quanto ei certior in aliis versuum locis quibuslibet defensio ab eadem personarum mutatione parata est, ut v. 380 *Ín Epidamno* :: *Ín Epidamno*, 547 *Non hábeo* :: *Át tu*, 623 *Quó redeám* :: *Equidem ád*, 898 *hóminem* :: *Ópseruemus*, 954 *médice* :: *Ímmo*, fortasse etiam 299 *nouisti mé* :: *Vbi ego*, non tamen, si quid video, v. 147 *esse mé* :: *Vbi éssuri* —. Minimo intervallo ab horum ratione ea exempla distant, quae a fine sententiae atque enuntiationis aut ab aliqua saltem structurae conclusione, quanquam non coniuncta cum personarum mutatione, item veniam prorsus legitimam habent, ut v. 219. 431. 696. 847. 851. 940:

Spórtulam cape átque argentum. éccos tris nummós habes.
Ĕamus intro :: Iám sequar te: húnc uolo etiam cónloqui.
Nímis iracunde hércle tandem. heús tu, tibi dicó: mane.
Ni óccupo aliquod míhi consilium, hí domum me ad se aúferent.
Ne híc te obtundat :: Fúgio. amabo, ádserua istunc, mí pater.
Égomet haec te uídi facere: égomet haece te árguo.

Quorum altero non magis opus est *ted* forma, quam *te* inserto in paenultimo. Et firmant hoc quoque genus certissima ex aliis versuum locis quibuslibet exempla, ut v. 1125 *sálue: égo sum Sósicles*, v. 1158: *Vaénibunt seruí supellex aédes fundi. ómnia Vaénibunt* —, alia. Verum his omnibus, quorum simillimis nec Pseudulus nec Stichus nec ceterae adhuc emendatae carent, prorsus praetermissis talium in Menaechmis multitudo restat, quae sententiae atque adeo constructionis continuitate non mediocriter offendant. E quorum numero quaedam sane et facile et probabiliter removeas. Sic destitutum est ratione, poetam credere in medio septenario *me te* pronomina ante vocalem dedita opera servasse, ubi commodissimis ascitis *med ted* formis in promptu esset vitare hiatum. Quemadmodum igitur versum 942 ipsi codices fidem faciunt a Plauto talem profectum esse:

Et ob eam rem in cárcerem ted ésse conpactúm scio,

ita v. 1044 dubitari nequit quin ex *a me habeat* rectius *a med abeat* quam *a me abeat* fiat:

Íd si attulerit, dícam ut a med ábeat liber quó uolet.

Inaudita foret pronuntiatio *úna ópera*, quae voces tam necessario inter se vinculo continentur ut nusquam non coalescant in *unópera*: quo confidentius addito, quale ad ipsam sententiam requiritur, pronomine sic versum 796 formavimus:

Póstulas uirós? dare illi una ópera pensum póstules.

Alibi vitii suspicio aliunde vel movetur vel augetur, velut cum accentus quaedam molestia accedit. Quo nomine cum vix tolerabilis v. 681 esset qualis in codicibus exstat: *Tíbi dedi equidem illam, ád phrygionem út ferrés, pauló prius*, praeterea autem non *tibi* potius quam *dedi* notionem intendi sententia iubere videretur, cum Bothio transpositis verbis simul hiatum sustulimus:

Dédi equidem illanc, ád frugionem ut férres, tibi pauló prius.

Similis ratio versus 930 fuit, ubi cum hiatu coniuncta accentus non insolentia at insuavitas

Óbdormisco, sí resolui árgentúm quoi débeo

in caussa fuit cur *ego* addito numerorum elegantiae consulendum putaremus. Item mutilum in libris versum 1087 ne sic redintegrandum putes: *Íllic homost aut súcophanta aút geminus fratér tuus*, satis indicio esse accentus in ultima syllaba *geminus* vocis poterit. — Contra haec omnia vix quicquam auxilii, quo ad removendum hiatum cum aliqua et facilitate et probabilitate utare, praesto est his quos infra scripsimus versibus 399. 778. 841. 870. 913. 1112. 1113:

Égo quidem neque úmquam uxorem hábui neque habeó: neque huc —.

Néscio quid uos uélitati éstis inter uós duo.

Vaé capiti tuo :: Écce Apollo éx oraclo mi ímperat.

Sét quis hic est qui mé capillo híne de curru déripit.

Nón potest haec rés ellebori únguine optinérier.

Cúm patre ut abií Tarentum ád mercatum: póstea
Ínter homines mé deerrare á patre atque inde áuehi.

Nam nec quattuor syllabarum esse *deerrare* potuit, nec tertio versu poetam ullo modo credibile est *Apollo mi ex oraculo imperat* dedisse. Haec igitur cum dubitationem non habeant in quantavis orationis perpetuitate, hinc proficiscendum erit ad ea quoque exempla tutanda quae, absque illo esset, sat lenibus corrigendi artificiis hiandi offensione omni liberarentur. Ergo non sollicitandos duxi v. 407. 435. 611. 667. 923. 950. 1072. 1091:

Nám nescio quem, múlier, alium hóminem, non me quaéritas.
Hábeo praedam: tántum incepi óperis. i et quantúm potest —.
Cérte familiárium aliquoi írata's :: Nugás agis.
Nam éx hac familiá me plane éxcidisse intéllego.
Díc mihi hoc: solént tibi umquam óculi duri fíeri.
Hélleborum potábis faxo áliquos uigintí dies.
Húnc censebam té esse: huic etiam éxhibui negótium.
Mémorat. meliust nós adire átque hunc percontárier.

Quorum primo licebat *alium tu hominem*, altero *incepi hic operis*, tertio *aliquoi tu irata's*, quarto *plane iam excidisse*, quinto *umquamne oculi*, sexto *faxo potabis*, septimo *téd esse: huíc etiam*, octavo *adíre atque híince*. — Haec igitur cum ita sint, haud scio an non praeter similitudinem veri quispiam hanc ipsam hiatus frequentiam inde repetat, quod Menaechmorum fabula ex antiquissimis esse Plautinis, quae quidem aetatem tulerunt, existimatur. Eodemque fortasse illud pertinet, quod sero animadverti aut mihi visus sum animadvertere plus licentiae in hac quam in aliis fabulis sumpsisse sibi poetam in producenda eademque acuenda ultima syllaba *mihi tibi sibi* pronominum. Quorum cum hanc mensuram ⏑⏑ esse olim dixi, dixi quod usitatum est et consuetudine receptum, nimius ut videtur in eo quod pristinae mensurae iambicae iam Plautina aetate vel Plautina in poesi evanuesse usum omnem credidi: nam a principio longam, non brevom vocalem fuisse evidentissimis ut puto argumentis demonstrari contra Theodorum Bergkium potest. Verum de

hoc alibi explicatius dicendi locus erit.' [Cf. Opusc. II p. 632 sqq.].

Quas hoc loco Ritschelius adumbravit sententias, eas notum est cum alios impugnasse tum Spengelium (T. M. P. p. 55 sqq. et 178 sqq.), qui neque in admittenda *mihī tibī sibī* mensura neque in hiatu septenario trochaico concedendo Menaechmos differre a ceteris fabulis ostendit, siquidem ipsam librorum memoriam sequeremur. Ac de pronominum illorum prosodia prorsus legitima hodie lis iam non est: de hiatu vero in diaeresi rem nondum confectam esse ex adnotationibus ad singulos versus modo enumeratos aliosque apparet. Quem hiatum etsi pauci prorsus excludunt, plerique liberalissime defendunt, tamen nequaquam continuo relinquendum esse, ubi exstare videatur, ipsa librorum memoria saepius edocti sumus. Neque in locis modo enumeratis desunt, qui aut propter lectionem omnino dubiam afferri non debuerint (velut v. 407. 841. 913, al.) aut aliis rationibus evanescant.

Quod vero sententiis illis ductus Ritschelius modo posuerat Menaechmorum fabulam ex antiquissimis esse Plautinis — de quo longe aliter postea iudicabat Nov. exc. Pl. I p. 126 —, id non defuerunt qui denuo contenderent, velut Stiefelius ('Bl. f. b. Gymn.' XV p. 312 sq.) eumque secutus Reinhardstoettnerus in libro amplissima doctrina insigni ('Plautus. Spätere Barbeitungen plautin. Lustsp.' ed. Lipsiae a. 1886 p. 490).

Sed praeter locum conclamatum de Hierone regnante*) ex Windischmanni Visseringiique opinione in hanc sententiam adhibitum, cum ad Plauti exemplar potius eiusque aetatem trahendum esse iam plerique consentiant, nihil attulit Stiefelius nisi eiusmodi rationes, quales dudum explosit Rit-

*) Mire Reinhardstoettnerus scripsit Stiefelium interpolatos habere v. 407 sqq.: quam ille sententiam disertis verbis reiecit. Sed non minus mire ipse Stiefelius errores historicos Erotio maxime imputari vult ('*vergessen wir nicht, wem die Worte in den Mund gelegt sind: ein m Mädchen, das jene Namen öfters von seinem Geliebten gehört und nur teilweise richtig im Gedächtnis behalten hat*'): ubi prorsus neglexit Menaechmum Syracusanum addere 'haud falsa, mulier, praedicas' ipsaque verborum illorum 'veritate' commoveri.

schelius (Parerg. p. 200 adn., 268), vitia inveniri in ἤθεσιν describendis argumentoque explicando et rariores esse sententias communes: quae nihil valere ostendunt argumenta gravissima et ex ipsis quae accuratius novimus fabularum temporibus petenda et ex graecorum exemplarium quae poeta expressit varietate*).

Non minus inconsiderate Stiefelius l. s. p. 310 sqq., laudatus sane a Lorenzio, impugnavit Ladewigii coniecturam et acutam et satis probabilem, qua hanc fabulam ex Posidippo conversam esse sumpsit, sive Ὅμοιοι eius quam novimus exemplar fuerit**) sive aliqua Δίδυμοι vel Μέναιχμοι fabula inter duo et viginti eius comoedias referenda, quarum inscriptionem iam non tenemus. Nam vim testimonii ex Athenaeo petiti cum infringere studeat, in eodem quo Teuffelius 'Stud. u. Char.' p. 265 errore versatus summam rei plane pervertit. Scilicet δοῦλος μάγειρος cum invalescente demum luxuria usu venerit apud Graecos et posterius etiam apud Romanos — id quod testimoniis apte fulciri potest —, ille antiquioribus tribuit temporibus***): quibus servi atque vi-

*) Omnino falsam de Plauti indole ac de arte scaenica aetatis Plautinae opinionem prodit, qui monologorum facetias tanquam summae caveae concessisse poetam scribat ('*eine Concession des Dichters an die Gründlinge seiner Zeit*'): neque rectius de aliis rebus iudicat (velut p. 316, ubi notat '*ein gewisses selbstbewusstes Auftreten des vom Schicksal früh auf die eigenen Beine gestellten Menaechmus I gegenüber des hasenfüssigen Verhaltens* [sic] *seines erklärlicherweise verhätschelten Bruders*'). Multo melius de imitatoribus Plauti ex Italia oriundis disputavit Stiefelius. Quem iam longe superavit Reinhardstoettneri diligentia, cui utinam cura et elegantia in digerenda mole par esset. Ceterum cum nuper Mediolani degerem a grege Taurinensi, quem ducit Gemellius, lepide actam vidi fabulam '*I due gemei*', in qua argumentum Διδύμων ita mutatum est, ut alter vir sit honestissimus, alter nebulo ac fur — utrumque idem histrio nomine Vaser mira egit dexteritate —: atque inter alia pallae causa ita rediit, ut nequam ille vestem surrupuerit, quam a scrutario redemptam aliquis dono dat gemino: unde confusio augetur.

**) Cf. Ribbeckius 'Gesch. d. R. D.' p. 125. Quae una sententia servata est ex hac fabula etsi in Menaechmis non redit, tamen facile potuit proferri aut a parasito (III 1) aut a sene (V 2 in.) aut a Menaechmo I (V 5 in.).

***) '*So möchte der* δοῦλος μάγειρος *ganz wohl jener Zeit entsprechen, wo der Luxus noch innerhalb gewisser Schranken blieb . . . sollte Erotion zweier Personen halber immer einen Koch miethen? Nein, diese*

lissima adeo mancipia coquebant nec tamen coqui audiebant*), utpote qui non tam ex arte quam ex usu cottidiano culinam administrarent. Iam accedit, quod illud de Hierone regnante Posidippo convenit, non convenit plerisque aliis, quos comicis Latinis auctores fuisse praecipuos sciamus.

Iam ipsa ratio qua argumentum lepidissimum**) Plautus ex graeco exemplari non sine solita libertate traduxit cum saeculorum gentiumque plausu ac perpetua imitatione probata fuerit, hac ipsa aetate haud paucos vituperatores invenit, nimis saepe serio considerantes, quae facile conceduntur aut scaenicis rationibus***) aut ioculari licen-

---

ist ökonomischer [scilicet ut amatoris pecuniae parcat!] *und setzt einen Sklaven über die Küche'*. Quin immo hoc ipsi Plauto tribuit immutanti: at cf. adn. sq.

*) Itaque Cuamus in Truculento quamvis 'in culina clueat' v. 615. 627 sq. — nimirum bellator veru exarmatus! — SERVVS est, non COQVVS: id quod propter Lorenzium moneo ('phil. Anz.' VII p. 306 sq.) aliosque, qui et hoc exemplum perperam contra Ladewigium attulerunt et sine idoneo argumento coquos in Curculione et in Milite glorioso servos domesticos esse contenderunt. Paulo aliter res habet in Aulularia, ubi v. 309 coqui se servos esse significant. At iidem aperte conducticii sunt de foro (v. 280 sq.): unde patet coqui cuiusdam ministros illos esse, qualem ipse Posidippus alias exhibuit dicentem *κατ' ἀγορὰν ἐργάζομαι Ἐπρίατο γάρ τις ὁμότεχνός με γνώριμος.* Quode recte exposuit Vssingius ad Aulul. p. 300 sq. (cf. Ribbeckius 'Alazon' p. 25). Adde I. Muellerum 'griech. Privatalt.' p. 443 d. et Marquardtum 'Privatleben d. Römer' p. 146.

**) Quod nuper Zielinskius noster Quaest. com. ed. Petrop. a. 1887 p. 71 sqq. fabulae argumentum ad paramythium quoddam revocare studuit, argutius quam verius disputasse videtur. Quae enim necessario aut resecanda aut immutanda fuisse poetae comico statuit, in eis ipsis propria vis ac natura paramythii consistit. Quibus demptis quae restant, rectius ex ipso vitae usu ipsiusque artis comicae inventionibus atque exaggerationibus derivantur.

***) Velut Langenus Stud. Pl. p. 149 vituperat, quod Menaechmus II cum nondum in tabernam deverterit, veste communi, non viatoria incedat: quam quidni in ipsa navi mutare potuit, antequam in urbem iret, servis illam tradens? Idem notat v. 230 sqq. spectatorum gratia Messenionem sciscitari, quod probe sciat: qua libertate quis non utitur poeta scaenicus? Dein negat p. 150 pallam 'hodie' reconcinnari potuisse (v. 466 sq.): quod qui promittit aperte mentitur. Dein p. 153 patrem adscitum, quamvis moleste progrediatur, celerrime adesse dicit: quod cum omnino minus curent poetae, quid impedit quominus in proxima vicinia illum habitare sumamus? E contrario p. 155

tiae*): nam propius haec fabula ad tricarum genus (*Schwank*) accedit quam ad iustam comoediam (*Lustspiel*). Qua in re nemo gravius peccavit quam Sonnenburgius quaecunque displicere posse videantur ad dittographiam revocans nonnullis sane locis apertissimam: ac plerumque ille ita agit, ut tanquam circino potius quam stilo adumbrandam esse comoediam postulet. Itaque quaedam acute recteque observata nube errorum circumdedit. Quos cum plerosque Ribbeckius Langenusque optime perstrinxerint, alios paucis in appendice nos tetigerimus, nolim hoc loco plura subiungere.

Inter eos qui post Ritschelium hanc fabulam tractarunt iniuria prorsus neglecta iacuit Kayseri censura Annal. Heidelberg. XLVII, a. 1854, p. 414 sqq., qua nonnulla saltem bene monuit. Longe maiora partim commentando partim emendando praeter Langenum Ribbeckiumque quos modo commemoravi praestiterunt Brixius, C. F. W. Muellerus, Spengelius, Vssingius, Vahlenus, alii. Quamquam pleraque minus recte cum alii administrarunt tum Vahlenus, etsi per plus quam viginti annos huic maxime fabulae continuam operam navavit. De cuius editione obiter compilata**) cum 'phil.

Messenionem sero advorsum venire dicit pro negotio imperato: at quidni tabernam illam longius abesse sumamus? Praeterea 'ante solem occasum' illum venire erus iusserat, cum ipsa fabula sub meridiem incipiat. Denique miratur (p. 158) quod Menaechmus I familiam Syracusanam, ex qua se ortum esse probe sciat, plane non curavit: at bene illi est Epidamni, qui omnino diem carpat homo levior lasciviorque. Talia cum responderi possint, rectius omnino non quaerimus, quae vix offendunt, si non tam singula curiosius expendimus, quam lepide vivideque fabulam peragimus.

*) Huc pertinet quod uterque frater quae per apertum errorem accipiat in usum convertere vult improbissime (Langenus p. 151) quodque Matrona 'idem quod semper facit' male virum habens, vel cum fecisse videatur quae iusserat (Sonnenburgius p. 20, Langenus p. 152).

**) Ceterum tandem aliquando publice pronuntiandum est, etsi leges non impediant — quod sane dolendum —, parum honestam esse eorum rationem, qui collationes multo labore magnoque impendio comparatas nulla venia neque ab editoribus neque a redemptoribus impetrata perpetuo exscribant, etiamsi in potiore quam dicunt lectione se contineant. Ribbeckius sane, cui nos ipsi laeti lubentes copias commisimus quique eodem quo nos redemptore usus est, noluit tamen aliter adhibere quam quivis, qui honeste modesteque uteretur paratis in communem usum. Sed aliter sentiunt Ribbeckii, aliter — alii.

Rundsch.' II, a. 1882, p. 719 sqq. nequaquam iusto acerbius retulissem, ultra modum iratus ille in me desaeviit per observationes Hermae XVII p. 610 sqq. insertas. Quas quo animo conscripserit uno exemplo notabo, quo quia Brixium cum Ritschelio in v. 155 Gellium secutum esse dixi, ubi Wagnerum dicere debui — scilicet confusis in schedis meis *Br.* et *Wr.* notis —, Vahlenus scripsit (p. 617): 'de Brixio hoc ille homo diligens mentitus est'. At in eadem statim pagina ipse 'mentitus est' vir diligentissimus Gellium 'propter *umbilicum* versum afferre', quem propter *dimidiatus* affert. Et quotiens in editione*) aliasque 'mentitus est'. Velut ad v. 645, ubi Ritschelius adnotabat 'mihi *quidam apud Lambinum*', compilator Ritschelii habet 'mihi *Lambinus*': itaque Lambinum fingit commentum esse, in quo refutando, frustra sane, dimidiam fere paginam ille consumpsit. Etiam propius ad mendacii speciem illud accedit, quod v. 824 — ubi apud Ritschelium testimonium de *B* casu interciderat, quem defectum disertis verbis tetigit Muellerus 'Nachtr.' p. 129 a Vahleno ipso adhibitus — sine ullo fundamento *tu* tribuit codici, quem *tu te* habere ex nota *B* iuxta *D* facile omissa vel conicere potuit coniector paulo felicior coniecitque Muellerus. Neque vero per solam aut neglegentiam aut confidentiam Vahlenus 'mentitur.' Quomodo enim appellabis quod p. 622 se a me scribit 'in summa re mirifice alucinatum increpari', cuius similem locutionem per totam censuram frustra quaesiveris, cum Vahlenus si in talibus se continuisset**), modeste sobrie humane scripsisse videri pos-

*) Sat multa menda invenies, si accurate Vahleni apparatum non modo cum nostro, sed etiam cum proecdosi contuleris. Non is sum qui eiusmodi peccata ultra modum efferam, quippe cum expertus sciam vel omni cura adhibita interdum vix evitari. Sed indignum est eum, qui nullo negotio alterius diligentia abutatur ne correcta quidem interim corrigens novaque vitia inferens, sic invehi in eum, qui — quomodocunque de ceteris iudices — saltem in fundamentis rei criticae parandis aliis viam muniat molestiamque minuat. Itaque quamvis diu tacuerim, hac occasione data non potui non punire Vahleni superbiam.

**) Ceterum risum non mihi tantum movit, quod ille tales maxime locutiones decerpsit, quales olim in ipsum coniecit L. Muellerus. Quem si imitari voluit, utinam potius in arte metrica severius exercenda imitatus esset.

set. Atque statim ab initio p. 610 scribit sibi 'iniuriosa convicia repellenda' esse. Iam si ex censura illa unum verbum proferre potuerit, quod convicii atque adeo iniuriosi convicii nomine recte appelletur, me iniuriam fecisse illi publice fatebor. Quodsi non poterit, ipse fatebitur se 'mentitum esse' atque iniuriam mihi fecisse.

Quod vero per hanc editionem permultos — nequaquam omnes — notavi Vahleni errores, non ideo feci, ut par pari referrem — quod me noluisse ipse tenor adnotationum mearum demonstrabit —, sed ideo, quia hac aetate 'laxae observantiae', quam facete Ritschelius dixit, vindex exstitit, quem iam nonnulli pro duce atque antesignano habere videantur. Hunc vero 'ordinem' improbandum esse novis exemplis demonstrare possumus in hac editione, ubi haud raro novis Ambrosiani testimoniis veram viam munire licuit. Vt pauca hoc quoque loco delibem: quod v. 299 Pylades *tu* sermoni aptissimum adiecit propter hiatum, tanquam commentum prorsus inutile ne commemoratione quidem dignum habuit Vahlenus, item quod v. 495 propter proceleusmaticum*) Ritschelius *mihi qui* traiecit: — utrumque *A* confirmat. Contra v. 589 *me* in *CD* iteratum reduxit Vahlenus, qui non facile patitur quidquam perire, quod librarius aliquis scripserit: iam *A* cum *B* consentiens afuisse ab archetypo demonstrat recteque omissum esse a plerisque editoribus. Puram putam habes 'laxitatem' in eis, quae Vahlenus de incisione anapaesti disputat Hermae XVII p. 604. Proficiscitur a v. 556, ubi cum eo ipso loco de quo agitur a libris dissentiat Nonius, quicunque via ac ratione progrediatur, diffidet potius. Immo cum Nonii scriptura exquisitior sit, librorum qua abutitur Vahlenus aperto nitatur errore (cf. adn. et append.), in contrariam partem hoc exemplum valet. Cui Vahlenus alterum adiungit 'item librorum testimoniis firmatum' *Tu magnus amator* v. 268. De testimoniis cum dicat videtur *BCD* scripturam pro diversis venditare, quod nobis 'criti-

*) Aut ridet aut contemnit Vahlenus eos, qui velut in anapaesto v. 204 vel v. 300 haereant: iam *A* docet iustam fuisse offensionem, etsi altero loco remedium simplicissimum nemodum invenerat.

castellis' unum est. Iam a Loewio discet *A* hanc scripturam non firmare. Id scire non potuit: sed non magis sciverunt Ritschelii Fleckeisenique, neque tamen hoc exemplo ad vitium commendandum abusi sunt, id quod proprium est Vahleno. Denique tertium addit exemplum*) 'item librorum testimoniis firmatum' scilicet 'senarium' v. 601 *Quam hodie úxori ábstuli átque huic détuli Erótio.* Hoc loco *A* non exstat, *B* autem *hodie* non habet: itaque egregie firmata est scriptura! Iam vero ipsa vox *hodie* minus quadrat. Nam haec verba quae olim Vahlenus ipse aliique damnabant etsi omitti non posse Langenus praeclare demonstravit, tamen mira sunt, si sic simpliciter rem enarrat Menaechmus saepius iam narratam; contra optime quadrant, si solita iactatione furtum 'lepidum' effert: unde exempli gratia *Quam commode* reposui tam hac ratiocinatione ductus quam metrica condicione. Nam 'senarius' ille adplicatur dimetris quibuscum arctissime cohaeret sententia ipsaque structura, sequuntur autem mutatis personis anapaesti. Quare senarius per se ne probabilis quidem est, nedum certus. Atque aliter discribendum esse hunc versum cum ex testimonio demonstrari nequeat, feliciter accidit, quod in simili causa erroris convincere possumus Vahlenum. V. 367 sq. pro longo in *B* dimetros omnes post Hermannum discripserunt: unus Vahlenus post Bothium malum effecit octonarium (cf. etiam l. s. s. p. 612 adn.): quem iam ipse *A* redarguit, quo duce totum illud canticum multifariam reformare licuit. Quo minus dubitabimus etiam sine testimonio non modo 'senarium' illum removere, sed etiam alios versus (velut 773 sq.), de quibus perperam Vahlenus iudicavit. Quid enim? num putabis saniore illum atque acutiore iudicio usum esse, ubi *A* aut non exstat aut opem non fert, sed eisdem tamen rationibus impugnari potest, quas hic illic ipsa memoria librorum confirmare possumus quasque ex universa memoria recte perpen-

*) Quasi ipse irrideat rationi suae — si rationem dicere fas est qua contrarium potius efficitur — addit singula huius dactyli exempla sparsa per omnes comoedias inveniri! Ceterum ex eiusmodi exemplis discant etiam alii, maxime metrici, quanta opus sit cautione in librorum Plautinorum 'auctoritate' laudanda.

sitata haurimus*)? Nam id summum est in hac disputatione mea — quam facile augere potui aliis exemplis —, quod non singula Vahleni commenta damnantur eis quae attuli — id quod non minus aliis accidit, cum singula etiam illius probari possint ac probanda sint, siqua diligentius, ut solet, observaverit subtiliusque —, sed ipsa eius ratio damnatur superstitiosa. Liberiorem vero rationem eandemque severiorem lubricam esse ac per multos demum labores et contentiones sensim sensimque propius ad veritatem perduci posse haud ignoramus. Neque tamen est quod Vahlenus rideat 'usquequaque per arva critica testas fractarum coniecturarum sparsas iacere': nam prae his testis videre non videtur montes silvasque explicationum artificiosarum, vindiciarum inutilium, defensionum inanium. Quarum ingentem tumulum ipse exstruit, sub quo olim sepelietur, ut nos si dis placet sub testis illis. At infracta manebit vis rationis, quam pro virili parte propugnamus, et profligabitur nesciendi non ars, sed inertia.

Probe scio propter haec similiaque quae unius veritatis causa scribo Vahlenum eiusve satellites vehementius etiam in me invecturos esse, ac fortasse invenient non tantum quae solito more modoque vituperent maligne, sed etiam quae suo iure castigent. Quo ex genere unum iam proferendum est idque gravissimum, quod nuper in RVDENTE edenda commissum est**). Vbi in contextu — non in apparatu — integri interciderunt versus duo, v. 499:

---

*) Quo etiam illud pertinet, quod Vahlenus perpaucis locis exceptis — ubi interdum erravit etiam — lacunas non agnoscit in eis partibus, quibus *A* non exstat. Miro igitur casu vel potius insigni fortunae beneficio integriorem habet recensionem Palatinam ab Ambrosiana destitutam, nedum utrique similem defectum tribuat.

**) Ceterum hoc nullus notavit censorum sat levia ex parte vanaque proferentium. Cum iam ipse et animadvertissem et cum socio communicassem, humane per litteras monuit Redslobius simul v. 754 *clauis* pro *clauos* expressum esse indicans. Alia melius complectentur in Addendorum et Corrigendorum fasciculo post absolutam editionem parando. In hac fabula praeter menda quaedam levicula — velut *40* pro *4* in marg. p. 36, accentus quosdam detritos, *s* interdum pro *ſ* expressam — corrigas ad v. 57 'Epidamnenfif *Z*', ad v. 195 (testim.) '[suc]cingulum', ad v. 380 'Epidanno *bis F*', v. 515 del. comma,

Deosque ínmortalis quaéso, dum uiuás, uti

et v. 874:

LA. Quid id ést? CH. Vt id quod quaérant inueniánt sibi.

Quod quomodo accidere potuerit et me et socio invito, qui solitam et in illa editione et in hac paranda operam mihi praestitit, explicare nil attinet, cum excusari nullo modo possit. Alia nolim hoc loco persequi, quae non modo excusari, verum etiam vindicari posse contra censorum quorundam opprobria putem: sed omnem potius curam aliis fabulis mox edendis impendam.

Scripsi Heidelbergae m. Iun. a. MDCCCLXXXIX.

F. S.

---

ad v. 604 corr. *Philol. II* pro *Exerc.*, v. 617 add. comma post *ei*, ad v. 656 et 768 add. (*), ad v. 925 sq. testim. suppl. ex append., ad v. 1156 corr. MENAECHMVS I (pro II).

T·MACCI·PLAVTI

MENAECHMI

ARGVMENTVM

Mercátor Siculus, quoí erant gemini fílii,
Ei súrrupto altero ócius mors óptigit.
Nomén surrupti deín illi indit, qui domist,
Auós paternus, fácit Menaechmum e Sósicle.
Et ís germanum, póstquam adoleuit, quaéritat 5
Circum ómnis oras. póst Epidamnum déuenit:
Hic fúerat alitus ílle subreptícius.
Menaéchmum ciuem crédunt omnes áduenam,
Eúmque appellant méretrix, uxor ét socer.
I sé cognoscunt frátres postremo ínuicem. 10

INCIPIT MENECHMVS. ARGVMENTṼ MENECHMI · *B.* ARGVMENTṼ IN menehmos PLAVTI POETę *D. om. C.* PLAVTI. POETE. CL^{m}I. MENECHINI. FABVLA. INCIPIT. ARGVMENTVM *F.* Plauti Comici feſtiuiſſ. Menęchini *Z.* Menechini *per totam fabulam inscribit F. Nec in ipsis sermonibus aliam formam FZ norunt, nisi quod* ę *pro* e *Z constanter. Veram nominis formam ex editoribus primus restituit Scutarius*

1. ſyculuſ *C* quoi *pro* cui *B* 2. Ei *e corr. post. ras. Ba.* Et *F* ſurrupto *BaC.* ſubrupto *D* (*er.* e *supra* ru) *Z.* ſubrepto *F, codd. Pii.* surrepto *Bb* altero ocius mors optigit 𝔖. altero .. morſ optigit (*ex* mor ſoptigit) *cum ras. Ba.* alię rumor ſoptigii *C et (nisi quod* optigii *separ. m. 3) D.* altero morſ obtigit *FZ* (*) 3. ſurrupti dein 𝔖. ſurrepiti *B.* ſurrepit *CD.* ſubrepit *F.* ſubrepti *Z* domi ſt *pro* domi eſt *B* (*) 4. Auoſ paternuſ *FZ.* Auoſ *(ex* Auo *Db)* paternoſ *BCD* Menaechmum e Sosicle ℞, *et* ex *pro* e *substituto Osannus in Bergkii Diurn. antiqu. a. 1849 p. 208.* menechumeſoſicle *Ba* (menech . me *B ex ras.*). menęchume ſoſicle *CD.* menęchinũ ſoſiclẽ *Z.* menechiniſ ſoſicleſ *F* 5. queritat *Ba* 6. *om. CDFZ: ex B addidit Camerarius* (*) 7. alitus *codd. Pii, Pylades.* auitus *libri* ſubrepticuſ *Ba.* ſurrepticiuſ *CD.* ſubrepticiuſ *BbFZ* (*) 8. Maenaechmum *B.* Menechmũ *D* ciuem credunt omnes *Pylades.* omneſ (omſ, ſ *ex* i *ut vid., D*) ciuem credunt *libri* 9. apellant *C.* apellant *BD.* appellat *F* 10. Ii *CD et ab initio* E *littera erasa B.* Hi *FZ* (I *Osannus*) ſe *Bb.* ſi *Ba* (*)

PERSONAE

PENICVLVS PARASITVS
MENAECHMVS I } ADVLESCENTES
MENAECHMVS II (SOSICLES) } ADVLESCENTES
EROTIVM MERETRIX
CYLINDRVS COQVOS
MESSENIO SERVOS
ANCILLA
MATRONA
SENEX
MEDICVS

PROLOGVS

Salútem primum iam á principio própitiam
Mihi átque uobis, spéctatores, núntio.
Appórto uobis Plaútum lingua, nón manu:
Quaeso út benignis áccipiatis aúribus.
Nunc árgumentum accípite atque animum aduórtite: 5
Quam pótero in uerba cónferam paucíssuma.

(Atque hóc poetae fáciunt in comoédiis:
Omnís res gestas ésse Athenis aútumant,
Quo uóbis illud graécum uideatúr magis.
Ego núsquam dicam, nísi ubi factum dícitur. 10
Atque ádeo hoc arguméntum graecissát: tamen
Non átticissat: séd sicilissat. scílicet

11. 12. *Glossae latino-graecae p. 34, 56 G. (Philoxenus p. 103, 32):* graeciscat: ἑλληνίζει *(cf. p. 295, 31 G.). — glossar. Salomonis f. 91ra:* graecissat: Graecos imitatur*: cf. Loewius Prodr. p. 267 sq. — Consentius art. p. 376, 31 K.:* scire autem debemus etiam a nominibus

PROLOGVS POETA · *B D cum spatio satis amplo inter utramque vocem. om. C (ubi* alutem primũ *versum explet).* PROLOGVS *F Z* (*) 1. iam *om. Z (add. Scutarius)* aprintipio *B* propiciam *B C D Z* 2. nuncio *C D Z* 3. Aporto *B* (p *s. scr. B b*). Adporto *Z* 4. Qnefo *(sic) B.* queso *C D* 5. arguméntum *C* atq *B* aduorate *C ante corr.* 6. portero *D* pauciffima *D Z* 7—16 *duce Osanno Anal. p. 178 sq. secl. Langenus Ind. lect. Monast. a. 1873* 7. comediif *C D* (*) 8. omĩf *C D.* Omnef *F.* 9. uobis illud graecum *Pylades.* illud (illuc *D*) uobif grecum *libri, nisi quod ante* uobif *c. 8 litt. rasura est in B* (*) 10. ubi] ego *C* 11. greciffat (⌣ *sub* ff *B b*) *B D.* geciffat *C* 12. sed sicilissat. scilicet ℭ (sed *cum Paulo,* sicilissat *cum Paulo Consentioque*). uerum ficilicif fitat *B* (ff *lineola coni. B b*). uerum fyciliciffitat *C Z.* uerum fy ciliciffitat (cif *fort. in* tif *corr.*) *D (alt.* ci *exp. Dc).* uerum ficiliriffitat *F* (*)

Huic árgumento antélogium hoc fuit ínterim:
Nunc árgumentum uóbis demensúm dabo,
Non módio neque trimódio, uerum ipso hórreo: 15
Tantum ád narrandum argúmentum adest benígnitas.)

Mercátor quidam fuít Suracusís senex.
Eí sunt natei fílii gemineí duo,
Ita fórma simili púerei, uti matér sua
Non ínternosse pósset quae mammám dabat, 20
Neque ádeo mater ípsa quae illos pépererat.
(Vt quídem ille dixit míhi, qui pueros uíderat:

---

fieri frequentatiua uerba, ab appellatiuo ut 'graecizat sicilizat patrizat', a proprio ut 'lentulizat'. *Paulus p. 28, 17 M.:* atticissat: attice loquitur Plautus: non atticissat sed sicilissat i. e. sicule loquitur: *cf. Leidolphus 'de Festi et Pauli l. Pl.' p. 249, Baierus 'de Pl. fab. rec. A et P' p. 75.* atticissabas *hinc habere videtur Sidonius Apollinaris Epist. IV 1, 4* 13. *Ausonius Epist. XVI (XII ed. Peip.):* libello tamen apologorum antetuli paucos epodos . . . fors fuat, ut si mihi uita suppetet aliquid rerum tuarum quamuis incultus expoliam . . . . hi igitur, ut Plautus ait, interim *[sic cod. T, vulg., Peip.:* interim ut Plautus ait *cod. M, Schenkl]* erunt antelogium fabularum, garruli et deceptores. *Cf. Fulgentius contin. Verg. p. 148 M.* 19—21. *Nonius p. 343, 30 M.:* matrem ueteres etiam nutricem dici uolunt. Plautus Menaechmis 'ita . . . . pepererat'. — *idem p. 423, 23:* mater aliquando pro nutrice ponitur . . . . Plautus Menaechmis 'ita . . . . pepererat'. *Cf. Reblinius 'de Non. l. Pl.' p. 104, Caesar 'de Pl. mem. ap. Non. serv.' p. 31.* — *[Seruius] ad Verg. Aen. VIII 632:* sane ueteres etiam nutrices matres uocabant ut ait Plautus in Menaechmis 'et mater non possit dignoscere, quae mammam dabat'

---

13. argumento *ex* argumentu *C* antelogium *Muretus.* antilogium *Ausonius.* ante elongium *Ba.* ante elogium *BbCDF, nisi quod* elogium *Dc.* elogium *Z* interim *add.* ꝑ *ex Ausonio. om. libri* (*) 14. demenſuſ *Ba: corr. Bb* 15. modo *C* neque] atque *F* crimodio *C ante corr.* 16. argumtũadẽbenignitaſ (d *et* b *e corr. ut vid.*) *C* (*) 17. *Ante* quidam *ras. 2 litt. B* ſiracuſiſ *B.* ſyracuſiſ *reliqui (prima* ſ *ex* q *Da)* 18. ei' *C* natei *Ba.* nati *reliqui (B ex ras.)* geminei duo *Ba.* gemini duo *B ex ras. C.* duo gemini *D.* duo gemini *FZ* 19. puerẹi *Ba praecedente c. 7 litt. rasura.* pueri *reliqui* uti mater sua *Camerarius.* ut mater ſua *cum libris Nonius.* et mater *Seruius* (*) 20. non poſſit dignoſcere *Seruius* que . . amam *c. ras. Ba:* quẹ . mãmam *Bb* 21. Noque *Ba: corr. m. Camer.* ipſa que *Ba* (quẹ *Bb*). ipſaque *CD* pepererat *BDc, Nonius.* peperat *CDaFZ (corr. Beroaldus)* 22. dixit mihi *B.* mihi || Dixit *reliqui*

Ego illós non uidi, né quis uostrum cénseat.)
Postquám iam pueri séptuennes súnt, pater
Oneráuit nauim mágnam multis mércibus. 25
Inpónit geminum item álterum in nauém pater,
Taréntum auexit sécum ad mercatúm simul:
Illúm reliquit álterum apud matrém domi.
Tarénti ludei fórte erant, quom illúc uenit:
Mortáles multi, ut ád ludos, conuénerant: 30
Puer ínter homines íbi aberrauit á patre.
Epidámniensis quídam ibi mercatór fuit:
Is púerum tollit áuehitque Epidámnum eum.
Pater éius autem póstquam puerum pérdidit,
Animúm despondit: eáque is aegritúdine 35
Act. I Sc. 4 EROCIVM MERETRIX·CILINIDORVS COCVS· *B itemque* (*sed* EROTIVM *et* CILINDOR' *rubricator in D erasis eisdem verbis a Db, ut vid., scriptis.* Erotium mulier. Cylindrus coquus *F.* Erotium meretrix. Cylindrū coquus *Z. unius versus spat. AC* 219. S————ENTUMECCOSTREISNUMMOS ‖ KABES (*quadrante* portulamcapeatq.arg) *A* hec coftrif *BaCD, ubi* eccof trif *corr. Bb,* trif *separ. Db,* heccof *coni. Dc* habef, f *ex* a *ut vid. C* (*) 220. **BE———Q·OB***IUMADFERTRIBUSUIDEQUODSIT ‖ SATIS (*quadrante* o#abiat) *A* Abeo *CDa (corr. Dc)* absonium *Z* affer *FZ* (*) 221. N ————————————INESERUNT (UNT *per ligaturam*) *A* Neq defiat neq *C*

CYLINDRVS

Quoíusmodi isti hominés erunt?

EROTIVM

Égo et Menaechmus ét parasitus éius.

CYLINDRVS

Iam isti súnt decem:
Nám parasitus núnc hominum octo múnus facile fúngitur.

EROTIVM

Élocuta súm conuiuas: céterum curá.

CYLINDRVS

Licet.
Cócta sunt: iube íre accubitum.

EROTIVM

Rédi cito.

CYLINDRVS

Iam ego híc ero. 225

---

223. *Nonius p. 497, 6 M.:* accusatiuus positus pro ablatiuo . . . Plautus Menaechmis 'nam . . . fungitur'

---

cuius modi *libri cum As* isti homines *Fleckeisenus confirmante, ut vid., spatio in A.* hiominef *BaC.* hi hominef *Bb.* iom̃s *Da, ut vid.* iom̃f *Db.* hominef *Z.* omnef *F* (*) 222. EG***MEN——————ASITUSEIUS#IAMISTISUNTDECĒ mendechmuf *CD* (d *exp. Dc*) de.cem *c. ras. B* (*) 223. NAMPARASITUSOCTOKOMINUMNUNCFACILEFUNGITUR (UR *per ligaturam*) *A* nunc hominum octo munus ꝓ *duce A.* octo hominum munuf *libri cum Nonio* (*) 224. ELOCUTASUMÇOMUIUASCETERUMCURAREĻICET *A, ubi* conuiuaſ *ceteri* cęterum *Z* cura. CY. licet *Camerarius.* curaticet *BaCD.* cura licet *Bb.* cura tu et *FZ* (*) 225. COCTASUNTIUBEIREACCUBITUM#REDICITO#IAMEGOKICERO *A, ubi* CIL *praem. B.* CY. *Z* Coacta *CD* iubire *BaCDa.* iubere *F (corr. BbDbZ cum A)* redi cito iam *omissis spatiis et personis B* (ER. *om. etiam F*) redicito *C.* re dicito *D* ero. Menaechmuf (a *ex* e *m. ead.*) mef fenio taciti *B*

ACTVS II

MENAECHMVS II. MESSENIO

MENAECHMVS

Volúptas nullast náuitis, Messénio,
Maiór meo animo, quám quando ex altó procul
Terrám conspiciunt.

MESSENIO

Máior, non dicám dolo,
Si aduéniens terram uídeas, quae fuerít tua.
Sed quaésso, quamobrem núnc Epidamnum uénimus? 230
An, quási mare, omneis círcumimus ínsulas?

226—229. *Placidus Lactantius in Papinii Statii Theb. II 194:* prospectet amicam Puppis humum] suffecerat addidisse 'humum' nisi iungeret 'amicam': ut Plautus in Menaechmis 'voluptas nulla est . . . . . fuerit tua'.

Act. II Sc. 1 MENECHMVS ADOLESCENS·MESSENIO SENEX· *B itemque D partim iuxta v. 225 partim iuxta alteram inscriptionem* Menechmuſ meſſenio taticj *(cf. ad v. 225): eandem — sed* meſ ſenio taciti — *C habet ut primum versum scaenae.* Menęchinuſ adoleſcenſ. Meſſenio ſeruuſ *FZ. unius versus spatium A* 226. *Sic* (*sed* NULLAEST) *A cum Placido, ubi* Nullaſt uoluptaſ *BCD et, nisi quod* eſt, *FZ,* nautiſ *Z* 227. *Sic libri cum A et Placido, nisi quod* quando *Placidus solus cum Lambino, ubi* QUOM *A itemque Dc suprascr. F.* quin (i *ex incohata* a) *Da.* qum *C.* qum *Ba.* cum *Z* (*) 228. TERRA———— *A* conſpitiunt *BC.* proſpiciunt *Placidus, fortasse recte* MES *om. BF s. sp.* maior eſt *Placidus post* dicam *una littera erasa B* dolor *ex* dolo *Bb* 229. ——M——N———— *A* Si *Acidalius, Bentleius in Hor. Serm. II 6, 32.* Quam ſi *libri cum A, ut vid., et Placido* terram conſpiciaſ *Placidus* que *C* (*) 230. SETQUAESSOQUAMOBREMN————————N—— (N *incerta ex* uenimuſ) *A* MES. *F* Sed queſo *BCD* quam obrem *B* epidam num *C.* inepidãnũ *B.* epidannum *FZ* (*) 231. ANQUASIMAREOMNEISCIR———— *A* Iam *FZ* omniſ *BCDFZ* circuimus *Z.* circum imuſ *reliqui*

MENAECHMVS

Fratrém quaesitum géminum germanúm meum.

MESSENIO

Nam quíd modi futúrumst illum quaérere?
Hic ánnus sextust, póstquam ei rei operám damus.
Histrós, Hispanos, Mássiliensis, Hílurios, 235
Maré superum omne Graéciamque exóticam
Orásque Italicas ómneis, qua adgreditúr mare,
Sumus círcumuecti. seí acum, credo, quaéreres,
Acum ínuenisses, sei áppareret, iám diu.
Hominem ínter uiuos quaéritamus mórtuom: 240
Nam inuénissemus iám diu, sei uíueret.

MENAECHMVS

Ergo ístuc quaero cértum qui faciát mihi,
Quei sése deicat scíre, eum esse emórtuom:

---

232. FRATREMQUAESITUMGEM———— *A* MEN. *om. B* queſitũ *CD* 233. NAMQUIDMODIFUTURUM***ILLUM——— *A* MES. *om. B* Iam *Z* eſt *libri cum A* querere *D.* que///rere, n *ut vid. er., C* 234. KICANNUSSEXTUSPOSTQUAM———— *A* ſextuſ eſt *BCDFZ (corr. Pylades)* ei rei *Gruterus.* ire hi *BaCDa.* ire hi^nc *Bb.* huic rei *Dc in marg.* rei huic *FZ* (*) 235. KISTROSKISPANOSMASSILIEN———————— *A* Hyſtroſ *F.* Iſtroſ *Z* hyſpanoſ *FZ* maſſiliehſiſ *C* hiliriof *ex* hilurioſ *B m. rec.* illyrioſ *F.* illyricoſ *Z* (*) 236. MARESUPERUMOMNEGRAECIAMQ———— ——— *A* ſupremũ *Ba.* ſupernum *F* gretiamq' *BCD* (*) 237. ORASQ·ITALICASOMNEISQUAADGREDITUR**RE *A* (*fortasse* QUO) omniſ *BCDFZ* quaſ *Z* adgreditur, *prius* d *ex* g *incohata D.* aggreditur *F* 238. SUMUSCIRCUMUECTISEIACUMCREDOQ———— *A* *post* circũ uecti *rasuram trium litt. B* circũ uectiſ iacum *CDa (corr. Dc)* ſi *ex ras. B* quereref *BCD* 239. ACUMINUENISSESSEIAPPARE———————— *A* ſi *reliqui* apareret *C* iam diu *Gulielmus.* tamdiu. *C.* tamdiu *B.* tam diu *D et, cum proximis constructa, FZ* (*) 240. KOMINEMINTERUIUOSQUAERITAMUSMORTU** *A* queritamuſ *BDc.* querit amuſ *CDa* mortuum *libri* 241. NAMINUENISSEMUSIAMDIUSEIUEIUERET *A (exitu valde incerto)* inueniſſeſ id diu *F* ſi uiueret *BCDFZ* 242. MEN. *om. B* ERGOISTUCQUAEROCERTUMQUIDIDFACIATMIKI *A, ubi* iſtu///c *c. ras. Ba.* iſtunc *Bb,* quero *C,* certum *om. FZ (restituit Pylades ex codd.),* quid faciat *C.* qui faciat *BDFZ* (*) 243. QUEISESEDEICATSCIREEUMESSEEMORTUUM *A, ubi* Qui ſeſe dicat *ceteri,* eſſe mortuum *BZ* (*)

Operám praeterea númquam sumam quaérere.
Verum áliter uiuos númquam desistam éxsequi: 245
Ego illúm scio quam córdi sit carús meo.

MESSENIO

In scírpo nodum quaéris. quin nos híne domum
Redímus, nisi si históriam scripturí sumus?

MENAECHMVS

Dictúm fac cesses dáre, ne edis. caueás malo:
Moléstus ne seis: nón tuo hoc fiét modo.

MESSENIO

Hem, 250
Illóc enim uerbo ésse me seruóm scio:
Non pótuit paucis plúra plane próloquei.
Verúm tamen nequeo cóntineri quín loquar.
Audín, Menaechme? quom ínspicio marsúppium,

---

244. OPERAMPRAETEREANUMQUAMSUMMAMQUAERERE *A (puncto supra* M *non prorsus certo), ubi* Opera *FZ,* p̄terea *BD.* preterea *C,* ſumā *Bb.* ſinam *F,* querere *BaCD* 245. *Sic libri cum A, nisi quod* Verum inter uiuos *FZ et* exſequi, ſ *ex* i *corr. m. ead., B.* ex///ſequi, i *ut vid. er., C.* exequi *FZ* (*) 246. EGOILLUMSCIOQUAMCARUSSITCORDIMEO *A, ubi* cordi sit carus *reliqui* (*) 247. MESSE *add. Db* ——————NCDOMUM *A, ubi ceterorum scriptura duabus tribusve litteris superat spatium* Inſcir pono dum *DaC* (*corr. Dc,* no *separ. Db*) ſcyrpo *Z* querif *BaCD* 248. ——————RIAMSCRIPTURISUMUS *A quadrante spatio* niſi *Db* ſcripturi, c *ex* r, *C* 249. MEN. *om. BZ* D ——————EDISCAUEASMALO *A* (*ubi* ictum facessasdatum *spatium expleret*) fac cesses dare, ne ☙. fac ceſſaſ datum *BaC.* faceſſaſ datum *BbDFZ* edif caueaſ *BCD cum A, ut vid.* et diſcaueaſ *FZ* (*) 250. —————— NONTUOKOCFIETMODO#EM *A, ubi* molestusneseis *spatium explet* Meleſtus *CDa* (*corr. Db*) neſcieſ *F.* ne ſiſ *BCDZ* MEN. *Z. om. F* em (*sic in fine versus*) *BCD cum A.* hem *FZ* (*) 251. ——————SERUOMSCIO, *quadrante* illocenimuerboesseme, *A* ſeruon *F.* ſeruom *reliqui* (*) 252. NON——————RAPLANEPROLOQUEI *A* (*quadrante* potuitpaucisplu), *ubi* proloqui *BDbFZ.* proliqui *CDa* 253. —————— EOCONTINERIQUINLOQUAR *A* (*quadrante* uerumtamennequ) Verumtamen *B.* Veruntamen *CDFZ* nequeo contineri *Fleckeisenus cum A, ut vid.* nequeo continere *BDbcFZ.* neq' ocontinere *CDa* quin *C* 254. ——————QUOMINSPICIOMARSUPPIUM *A quadrante* audinmenaechme Audin *CDFZ.* Adi////// *c. ras. Ba.* Adi////// *Bb* (Audi *Camerarius*) menechme *CD* quom *F cum A.* qum *BC.* quum *DZ* marſuppium *B* (*sed* upp *e corr. m. ead.*) *cum A.* mar

Viáticati hercle ádmodum aestiué sumus. 255
Ne tu hércle, opinor, nísi domum reuórtereis,
Vbi níl habebis, géminum dum quaerís, gemes.
Nam itást haec hominum nátio: in Epidámnieis
Voluptárii atque pótatores máxumei:
Tum súcophantae et pálpatores plúrumei 260
In úrbe hac habitant: túm meretrices múlieres
Nusquám perhibentur bländiores géntium.
Proptérea huic urbei nómen Epidamno índitumst,
Quia némo ferme síne damno huc deuórtitur.

MENAECHMVS

Ego istúc cauebo. cédo dum huc mihi marsúppium. 265

---

255. (tanquam opipare) uiaticatus *hinc habere videtur Sidonius Apollinaris Epist. VI 10, 2*

ſuppium *C.* mar ſupium *Da.* marſupium *DcFZ* *Versus* 254—259 *hoc se ordine in B excipiunt bifariam divisa pagina (de quo cf. Parerg. p. 488 sq.):*

Adi . . . . . Viaticati . . . . . .
Ne tu . . . . . Vbi nihil . . . . . .
Nam ita . . . . . Voluptarii . . . . . .

255. ——————DMODUMAESTIUISUMUS *A, ubi* uiaticatiherclea *spatium explet* Viatiacati *F* ercle *D* aestiuae *BC.* estiuę *D.* estiue *Z* 256. NETUERCLEOPINORNISIDOMUMREUERTEREIS, *ubi* hercle *ceteri,* opinior *C in ras.,* reuorterif *DF.* reuoterif *Ba.* reuerterif *CZ*

257. UBINIKILKABEBISGEMINUMDUMQUAERESGEMES *A, ubi* gemninũ *Z,* quaerif *Z.* querif *BCDF* 258 *sq.* NAMITAESTKAECKOMINUMNATIOINEPIDAMNIEIS ‖ UOLUPTARIIATQ·POTATORESMAXUMEI *A, ubi* natio epidamnia ‖ Nã ita eſt hec hominũ ‖ Voluptarii atque potatoreſ maximi *B, itemque ceteri, nisi quod* epidannia. nam *FZ,* hęc *CDFZ,* uoluptarii *CD,* maxumi *Z:* nam...hominum *recte iam Camerarius trai.,* in *suppl. R, pro quo spatium tantum ex A enotaverat* (*)

260. TUMSYCOPKANTAEETPALPATORESPLURUMEI *A, ubi* ſicophantae et *D.* ſycophante atque *F,* plurimi *FZ.* pluri *B et, cum lacuna in fine v., CD* 261. *Sic libri cum A, nisi quod* u//rbe, l *vel* b *incohata er. et* hac *suprascr. C* 262. *Sic libri cum A* (Nunquam prębibentur *Z*) 263. *Sic A, sed* INDITUST, *ubi* urbi *ceteri,* epidanno *FZ,* inditumſt *DcF.* inditum eſt *Z* (indituſt *etiam BCDa*) 264. *Sic A, sed* QUA, *ubi* Quia *reliqui* ferme huc ſine damno *BDF, et, nisi quod* danno, *Z.* fermo huic ſine ſine damno *C:* huc *trai. Bothius cum A* diuortitur *DFZ (non BC)* *Vsque ad scaenae finem pers. notas a v.* 265 *addit Db, easdem* (*non spatia*) *a v.* 266 *om. B, v.* 265 MES. *ante* cedo *exhibens.* 265. *Sic A, ubi* dum mihi huc *reliqui, sed cum*

MESSENIO

Quid eó ueis?

MENAECHMVS

Iam aps te métuo de uerbís tuis.

MESSENIO

Quid métuis?

MENAECHMVS

Ne mihi dámnum in Epidamnó duis.
Tu mágnus tritor múlierum es, Messénio,
Ego aútem homo iracúndus, animi pérditi:
Id utrúmque, argentum quándo habebo, cáuero, 270
Ne tú delinquas néue ego irascár tibi.

MESSENIO

Cape átque serua: mé lubente féceris.

CYLINDRVS. MENAECHMVS II. MESSENIO

CYLINDRVS

Bene ópsonaui atque éx mea senténtia:

---

duarum litt. ras. post huc *B,* marſupium *DFZ* (*non AB*). mar ſuppium *C* (*) 266. QUIDEOUEIS#IAMABSTEMETUO*******S——— *A* uiſ *BCDFZ* abſte *etiam D.* apſte *BC.* apſ te *FZ* 267. QUIDMETUIS#NEMI***A——— *A* dannum *Z* epidanno *FZ* duis *Beroaldus.* duſ *Ba et* (*sic quidem* inepidam noduſ) *CD.* diaſ *BbFZ.* duaſ *codd. Pii* 268. Tu magnus tritor mulierum ☙ *duce A, in quo* TUMAG———MULIERUM——— *apparuit et reliquorum scriptura* Tu magnuſ (m agnuſ *D*) amator (*alt.* a *ex* u, *ut vid., corr. clariusque suprascr. C*) mulierum *spatium excedit* meſ//////ſenio *c. ras. duarum vel trium litt. B* (*) 269. EGOAUTEMKOMOIRACUND——— *A* iracundiſ *BCDa.* iracundi ſum *Dc* (*) 270. IDUTRUMQ——— *A cum incertis litterarum* (argentu) MQU (ando) *vestigiis* habebo *Pylades.* habeo *libri* 271. NETUDELINQUASN——— *A post* delinquaſ (q *ex* g *incohata, ut vid., corr.*) *3—4 litt.* (*fort.* neue) *er. C* neu ego *BC.* neuego *D* (*) 272. CAPEATQ·SERUA——— *A* Capeat que *CDa* (*corr. Dc*) iubente *BCD fortasse cum A* *post* feceriſ *habet* cylinditiſ menechm *C,* cylindruſ menechmuſ *D*

Act. II Sc. 1 CYLINDRVS. MENAECHMVS. MESSENIO *B nigro atram. itemque* (*sed* Menęchinuſ, *ut constanter,*) *FZ. om. CD* (*cf. ad v. 272*). *unius versus spatium AD. Personarum notas in hac scaena addidit Db, et pro* MEN *quidem plerumque* So. 273. BENEOPSONAUIATQ·EXMEASENTEN*** *A, ubi* CIL *praem. B,* meſſenio *Db,* Cenę *Z,* obſonaui *CD* (a *ex* o) *FZ* (*non B*) (*)

Bonum ánteponam prándium pransóribus.
Sed eccúm Menaechmum uídeo. uae tergó meo: 275
Prius iám conuiuae obámbulant ante óstium,
Quam ego ópsonatu rédeo. adibo atque ádloquar.
Menaéchme, salue.

MENAECHMVS

Dí te amabunt, quísquis es.

CYLINDRVS

Quid qua * f * * * * * quís ego sim?

MENAECHMVS

Non hércle uero.

CYLINDRVS

Vbí conuiuae céteri? 280

MENAECHMVS

Quos tú conuiuas quaéris?

---

274. BONU*****PON——————— *A* ante ponam *BC* *Versus* 273—277 *sic exhibet C:*

ene obsonaui atq; ex mea ſententia bonũ ante po
nã prandium pranſoribuſ ⌉ natu redeo adibo atq; allo
Sed eccũ menaechmum uideon etergo meo ⌉ quar
Priu^{s} iã conuiuae ambulant ante oſtium quã ego opſo,

ubi D ⌈adibo atq' ad eloquar *versui 275 adscripsit verba* Priuſ.....redeo *antecedenti: unde FZ* adibo atque adloquar *post* pranſoribuſ *inserunt* (*del. Pylades, suo loco restituit Iuntina*) 275. SEDECQU——————— *A* menechmũ *D.* menaech///mum *c. ras. B* uideo. uae tergo *Gruterus.* uideon///etergo *c. ras. B.* uideon aetgo *D ante ras.* uideon etergo *C.* uideon a tergo *D ex ras. FZ* (*) 276. PRI ——————— *A* obambulant *R.* ambulant *libri* ante ostium.....di te amabunt *om. FZ* (*ex codd. suppl. Pylades om. verbis* adibo atque adloquar*: cf. supra*) hoſtium *D* (*) 277. QUA*****PSON——————— *A* opſonatur edeo *Da* (*corr. Db et Dc*): *de CFZ cf. supra* alloquar *C* (*v. s.*). ad eloquar *D* 278 *sq.* *E*****M***LUE ——————— ‖ QUIDQU———F——————— *A, pro quibus unum versum exhibent BCD:*

Menaechme ſalue ME di te amabunt quiſquiſ ego ſim,

nisi quod Menechme salue dite *CD* (So. *suprascr. Db*), *et* ſim *ex* ſun *C*, *FZ vero (v. s.)* MEN. ſciſ quiſ ego ſim (ſum *Z*). *Quae ad hoc exemplum suppl.* ☙*:* MEN. Di te amabunt quis⟨quis es⟩.

CY. Quid qu⟨aesso⟩ f⟨abulare? non scis⟩ quis ego sim? (*) 280. MEN. *Sonnenburgius p. 7.* CIL *BFZ.* meſſ *Db* NONERCLEUERO——————— *A* ercle *etiam D.* h ercle *C* CY. *R. om. libri s. sp.* ceteri *D* 281. QUOSTUCONUIUASQU——————— *A* c uiuaſ *Db* queriſ *BCD* CY. *om. Db* tuum *libri*

CYLINDRVS

Parasitúm tuom.

MENAECHMVS

Meúm parasitum?

CYLINDRVS

Oe, cérte hic insanúst homo.

MESSENIO

Dixín tibi esse hic súcophantas plúrumos?

CYLINDRVS

* * * * * * * *

MENAECHMVS

Quem tú parasitum quaéris, adulescéns, meum? 285

CYLINDRVS

Penículum.

MESSENIO

Eccum in uídulo saluóm fero.

CYLINDRVS

Menaéchme, numero huc áduenis ad prándium:
Nunc ópsonatu rédeo.

---

282. MEUMPARASITUM#OECERTEKICINS——E**KOMO *A* parasitum? CY. Oe, certe ☙ *duce A.* parafitum////Certe *B, erasa* ME *nota.* parafitum certe *ceteri* infanaft *C ante corr.* infanuf eft *FZ: aut hoc* (NU *per ligaturam*) *aut* INS(ANU)E(ST) *A* (*) 283. DIXINTIBIESSEKICSYCOPKANTASPLURUMOS *A, ubi* ficophantaf *D.* ficophantef[a] *C,* plurimof *BDFZ et* (*er.* r *post* pl) *C* *Post hunc v. has novi versus reliquias praebet A a ceteris omissi:* ————E————RN*T————, *quem Cylindro tribuit* ☙ *ad hoc exemplum explendum* (*spatiis quadrantibus*):

(Rides m)e (opino)r: n(e) t(u parasitum manes).

285. ———— QUAERISADULESCENSMEUS *A quadrante* quemtuparasitum ME *om. Db* que *D* parafitum querif *B.* para querif *CD* adulefcenf meum *B.* adulef meum *D.* adule[s] meum *C.* adolefcenf. CY. meum (*cum proximo* Peniculum *constructum*) *FZ* (*) 286. ————INUIDULOSALUOMFERO *A quadrante* peniculum #eccum, *ubi* CIL Peniculum eccum *B.* Peniculum eccum *CD.* Peniculum. MES. eccum *FZ* (*cf. ad v. 285*) inuidulo *BC* faluum *FZ* (*) 287. ————ROKUCADUENISADPRANDIŨ *A quadrante* Menaechmenume CY. *om. BDb* Mena hec menum ero *CD* (num *separ. Db et Dc, priora copul. rubricator*). Menaechmum ero (*sic cum spatio circa 5 litt.*) *B*

MENAECHMVS

Respondé mihi,
Aduléscens: quibus hic prétiis porci uéneunt
Sacrés sinceri?

CYLINDRVS

Númmeis.

MENAECHMVS

Nummum a me áccipe: 290
Iube té piari dé mea pecúnia.

289—291. *Festus p. 318, 7 M.:* Sacrem [*porcum dici ait Verri*] us, ubi iam [*a partu habetur purus a qu*]a re appel[*latum esse sacrum dici*]t. ita id adi[*cit quod non opus est:*] omisit uoca[*buli formam. Plautus:* '*Adu*]lescens qui[*bus hic pretiis porci*] ueneunt sa[*cres sinceri? nummis*] nummum [*a me accipe iube te*] plari de mea [*pecunia*]': *ubi valde incerta sunt supplementa Vrsini, praesertim cum* um sit, *non* omisit, *cod. habeat; cf. Reitzensteinius* 'Verrian. Forsch.' *p. 9 adn., 108. Varro de re rust. II 4, 16:* porci . . . a partu decimo die habentur puri et ab eo appellantur ab antiquis 'sacres', quod tum ad sacrificium idonei dicuntur primum. itaque apud Plautum in Menaechmis, cum insanum quem putat, ut pietur in oppido Epidamno interrogat 'quanti hic porci sunt sacres?' *Idem ibidem II 1, 20:* porci . . . quoniam puri sunt, ad sacrificium ut inmolentur, olim appellati 'sacres', quos appellat Plautus cum ait 'quanti sunt porci sacres': *ubi Varronem memoriter afferre Plauti verba apparet*

---

288. ——————EDEO♯RESPONDEMIKI *A quadrante* nuncobsonatur MEN *praem. FZ* opſonatu redeo responde mihi *B.* ipſo naturę deo reſponde mihi *C.* ipso nature deo r(i/m)eſponde *D, itemque, sed* mihi reſponde, *FZ: personam interposuit Camerarius cum A* 289. ——————TIISPORCIUENEUNT *A quadrante* adulescensquibushicpre (*vix* pret, *ut* ——IEIS *fuerit*) Adoleſcenſ *DFZ* pretiiſ *F* (*cum A*). preciis *Z.* pretii *B.* precii *C.* p̄tij *D* porti *C.* port(c)j *D* ueneunt *Saracenus cum Festo et A.* ueniunt *BCDFZ* *Cf. testim.* 290. ——————NUMMEIS♯NUMMUMAMEACCIPE *A quadrante* sacressinceri♯, *unde locum restituit* ℞ (S *tantum pro* NUMMEIS *lecto*) Sacriſ inceri-nummi(o)ſ////////a me *cum ras. trium litt. B* (°*Bb*). Sacriſ (ſ *ex* c) incerinũ miſ ame *C.* Sacriſ inceri (Sacri ſinceri *Dc*) nũmiſ a me *D.* Sacriſ ſinceriſ. nummum a me *F.* Sacre ſinceri nummum a me *Z* (*) 291. ——————DEMEAPECUNIA *A, ubi* iubetepiari *spatio non prorsus sufficere* (*velut* expiari *paululum excedere*) *videtur* iubete *Da* (*corr. Dc*) plari *Festus* peccunia·ↄ quiſ eſci *C: cf. ad v. 293*

I: nám equidem insanum ésse te certó scio,
Qui míhi molestu's hómini ignoto, quísquis es.

CYLINDRVS

Culíndrus ego sum: nómen non nosteí meum?

MENAECHMVS

Sei tú Culindrus seú Cunilidru's, périeris. 295
Ego té non noui néque nouisse adeó uolo.

CYLINDRVS

Est tíbi Menaechmo nómen.

MENAECHMVS

Tantum quód sciam.
Pro sáno loqueris, quóm me appellas nómine.
Sed úbi tu me nouísti?

---

292. ——— NUMESSETECERTOSCIO *A quadrante* namequidemminsa I: nam 𝔖. Nam *libri cum A, ut vid.* (*) 293. ——— NIIGNOTOQUISQUISES *A quadrante* quimihimolestushomi molestus *libri: corr. Lambinus* quisquis es] quiſ// *C in fine paginae, tertio qui antecedit versu adscribens* quiſ eſci *cum lineola* eſ *FZ cum A.* eſ *c. ras. circ. 2 litt. B.* eſci *CDa* (eſci tu: *Dc*): ci *ex adscripta personae nota aut incohato* cilindruſ 294. ——— NOSTEINOMENMEUM *A quadrante* cilindrusegosumnon CY. *om. Db* Cilindruſ *BCD cum A, ut vid.* Cylindruſ *FZ: cf. ad v. 217* nomen non nosti *Bothius.* non nosti nomen *libri cum A, ut vid.* 295. MESS *Db* Sei *Muellerus Annal. phil. LXXXIII p. 262 duce R.* Seu *BCDFZ* Culindrus *N. Heinsius, Salmasius: libri ut antea ante* ſeu *rasuram c. 5 litt. B* Cunilidru's 𝔖 *duce A, in quo* ——— L ——— PERIERIS *ita apparuit, ut neque cum spatio neque cum* L *littera aut ceterorum scriptura* coriendruſ *aut coniecturae adhuc prolatae conveniant* (*) 296. ——— Q·NOQUISSEADEOUOLO *A quadrante spatio* te *om. Da: suprascr. Db* 297. ——— KMONOMEN——ANTUMQUODSCIÃ *A quadrante* esttibimenaec *et* #t CY. *om. Db* Ē *D* mena hec mo *B.* menahec mo *CDa.* menahecm̄ *Db.* menahec^{h}m̄ *Dc.* menechini *F.* menehini *Z* MEN. Tantum *Vssingius coll. Merc. v. 642 confirmante spatio in A.* tantum *libri* (*) 298. ——— QUERISQUOMMEAPPELLASNOMINE *A quadrante* prosanolo MEN. *FZ* (*non B*) *itemque* Me *suprascr. Db,* Cilind̄ *supra* Me *eraso: cf. ad v. 297* qum *BC.* quin *D.* qui *FZ* me meo *Z* apellaſ *D* (*)

CYLINDRVS

Vbi ego te nóuerim,
Qui amícam habes erám meam hanc Erótium? 300

MENAECHMVS

Neque hércle ego habeo néque te, qui homo sís, scio.

CYLINDRVS

Non scís quis ego sim, quí tibi saepíssume
Cyathísso apud nos, quándo potas?

MESSENIO

Eí mihi,
Quom níhil est, qui illic hómini dimminuám caput.

MENAECHMVS

Tun cýathissare míhi soles, qui ante húnc diem 305
Epidámnum numquam uídi neque uení?

CYLINDRVS

Negas?

MENAECHMVS

Nego hércle uero.

CYLINDRVS

Nón tu in illisce aédibus
Habes?

---

299. ———STIUBIEGOTENOUERIM *A*, *quadrante* sedubitumenoui, *ubi* Sed ubi nouiſti me CIL Vbi (*sic cum spatiis*) *B*, *itemque*, *sed* me CY. ubi *FZ*, me ubi *CD* (Meſ *suprascr. Db*): tu *add. Pylades confirmante Brixio ex usu*, *A ex spatio* (*) 300. ———AMKABESERAMMEAMKANCEROTIŨ *A quadrante* quiamic, *ubi* Qui amicam habeaſ *ceteri* (*) 301. NEQ·KERCLEEGOKABEONEQ·TEQUIKOMOSISSCIO *A*, *ubi* Neque te hercle *D: sed* te *exp. Da et Db* (Me, *er.* C *ante* Me, *suprascr. Db*), hercle habeo neque te quiſ *BCDFZ* (hercle ego *cum A Bentleius*), ſcis *Z* (*) 302. NONSCISQUISEGOSIMQUITIBISAEPISSUME *A*, *ubi* CY. *praem. FZ.* Meſ *Db. om. B*, ſiſ *BaCDa*, ſ·iſ *BbDc*, ſepiſſime *BCDF*. ſepiſſime *Z* (*) 303. Ciatiſſo *BCD* totaſ *BaCDa*. Ptotaſ *BbDc* Me *suprascr. Db in ras.* (*fuit* Cil *ut vid.*). MEN. *F* hei *FZ* 304. Qum *B*. Cum *reliqui* illic *R*. illi *libri* dim minuam *BZ*. diminuam (*ex* dimiduã *D inter scribendum*) *reliqui* (*) 305. MEN. *om. BF* Tunc *Ba* (*er.* c) *CD* cyatiſſare mihi *B*. cratiſſa remihi *CD inter* ſoleſ et qui *supra v.* Cl, *ut vid.*, *erasum D* 306. Epidannum *FZ* CY. *FZ*. ME *B*. Meſ *Db* negaſ, g *ex* q, *C* 307. M e (*erasa* S, *ut vid.*, *inter* M *et* e) *Db. om. B post* uero *Db suprascr.* M, *cui* eſ *add. Dc eadem ante* uero *notam referens* in *om. FZ* edibuſ *C* 308. Habes *Seyffertus*

MENAECHMVS

Dí illos homines, qui íllic habitant, pérduint.

CYLINDRVS

Insánit hic quidem, qui ípsus male dicít sibi.
Audín, Menaechme?

MENAECHMVS

Quíd uis?

CYLINDRVS

Si me cónsulas, 310
Nummum íllum, quem mihi dúdum pollicitú's, habes:
Nam tú quidem hercle cérto non sanú's satis,
Menaéchme, qui nunc ípsus male dicás tibi.
Iubeás, si sapias, pórculum adferrí tibi. 314

MENAECHMVS

Inéptum hercle hominem múltum et odiosúm mihi. 316

CYLINDRVS

Solét iocari saépe mecum illóc modo.

Stud. Pl. p. 5 sq. Habitaſ *libri* Me *Db, er.* Cl, *ut vid.* di illoſ *ex* dulloſ, *ut vid., Dc.* dii illoſ *FZ* que *BaCDa: corr. BbDb* perduint *Bb, Pius.* perdunt *vel* p dunt *BaCDa.* perdiunt *DcFZ* (*) 309. Meſ *praem. Db* quidem *Bothius, Bentleius.* equidem *libri* ipsus *Luchsius in Studem. Stud. I p. 47.* id ſe *BCD.* ipſe *FZ* (*) 310. Aud in *BbDb.* Aut in *BaCDa* menahecme *Da.* mena hec me *Ba* (h *er.*) *C.* menechme *Dc* ME *in lit. B. om. Db: cf. ad v. 312* iuſſime *ex* iuſſiſne *Da* (uiſ *corr. Dc*) Cil *om. Db* 311. *Eadem qua supra v. 254 sqq. collocandorum versuum ratione B usus hunc ordinem ostendit:*

Nummum .....Nam tu
Menaechme.....Iubeaſ
Tu hercle .....Solet
Quamuiſ .....Qui aiſ

311. pollicituſ *libri, nisi quod* policituſ *C: corr. Lambinus* habes ℭ. dare *libri* (*) 312. Me *huic versui praem. Db: cf. ad v. 310* hecle *C* ſanuſ *libri: corr. Lambinus* 313. menechme *D* nuc *Bb* maledicaſ *B* 314. *ante* porculũ *rasuram circa 7 litt.* (porculũ?) *B.* proculum *Z* adferi *Da* (*corr. Dc*). afferri *FZ* (*) 316. MEN. *R.* MES. *FZ. om. B* Ineptum hercle ℭ. Tu hercle *libri, nisi quod* Eu *pro* Tu *man. Camerarii in B* homo eſ multum odioſuſ mihi *FZ* (*) 317. CY. *om. B* locari *BCDa: corr. Dc* ſepe *BD* illoc *B.* illo *reliqui* (*)

Quam uís ridiculus ést, ubi uxor nón adest.
Quid aís tu?

MENAECHMVS

Quid uis?

CYLINDRVS

Sátin hoc, inquam, quód uides,
Tribus uóbis opsonátumst an opsono ámplius, 320
Tibi ét parasito et múlieri?

MENAECHMVS

Quas múlieres,
Quos tú parasitos lóquere?

MESSENIO

Quod te urgét scelus,
Qui huic sís molestus?

CYLINDRVS

Quíd tibi mecúmst rei?
Ego té non noui: cum hóc, quem noui, fábulor.

MESSENIO

Non édepol tu homo sánus es, certó scio. 325

CYLINDRVS

Iam ergo haéc madebunt fáxo: nil morábitur.

---

318. ridiculoſ *C* 319. Quid ais tu? MEN. quid uis *R cum Bothio.* Qui aiſ tu quid uiſ *C.* Qui aiſ tu qui uiſ *Ba:* qdi uiſ *m. ead.* Quiſ aiſtu qd uiſ *D.* MEN. Quid aiſ tu? CY. Quid uiſ *F.* MEN. Quiſ aiſ tu CY. quiduiſ *Z* CY. Satin hoc, inquam S. inquam ſatin hoc *BCD* (*nisi quod* ſatıſn *C ante ras.,* ſatim *ex ras.*). inquam. CY. ſatin hoc *FZ* (*) 320. nobiſ *B* obsonatum est an *Camerarius.* obſonatu ſt an *B.* obſonatuſ tan *CD.* obſonatuſ an *FZ* opsono *BD.* obſono *CFZ* (*) 321. parasito *C* muleri *Z* MEN. *F.* ME *B.* MES. *Z.* Ci *Db* quas *Pylades.* quaſ tu *libri* muliere *C* (*) 322. paratitoſ *BCDa* (*corr. Db*) MES *BF.* M *Db.* CY. *Z* urguet *B* 323. ſciſ *Z* CIL *BF.* MEN. *Z. om. Db* mecum eſt *libri* 324. S̃ (*er.*) Me Ci *praem. Db*, CY. *Z* Meſ *ante* cum *suprascr. Db* 325. MES. *F.* MEN. *Z.* S̃ (*er.*) Me Ci (Ci *ex* M) *Db. om. B*

326. CY. *FZ.* Meſ *Db. om. B* hec *BC* madebunt *Db* faxo (ſaxo *Z*) nihil morabitur *libri: quo spectare videtur quod in B apparet in ima pagina ab antiqua m. scriptum sine ulla nota:* faxxo me morat' (*)

Proin tú ne quo abeas lóngius ab hisce aédibus.
Numquíd uis?

MENAECHMVS

Vt eas máxumam malám crucem.

CYLINDRVS

Ire hércle meliust te ínterim atque accúmbere,
Dum ego haéc appono ad Vólcani uioléntiam. 330
Ibo íntro et dicam te híc adstare Erótio,
Vt te hínc abducat pótius, quam hic adstés foris.

MENAECHMVS

Iamne ábiit? abiit. édepol haud mendácia
Tua uérba experior ésse.

MESSENIO

Obseruató modo:
Nam istíc meretricem crédo habitare múlierem, 335
Vt quídem ille insanus díxit, qui hinc abiít modo.

MENAECHMVS

Sed míror, qui ille nóuerit nomén meum.

MESSENIO

Minume hércle mirum: mórem hunc meretricés habent:
Ad pórtum mittunt séruolos, ancíllulas:

---

327. nequo *BD* abeaſ *DcF*. habeaſ *BCDaZ* logiuſ *Bb C* hisce *Brixius ad Mil. v. 27 duce Muellero. om. libri* (*) 328. S (*er.*) me Soſci (*del.*) *praem. Db* Num quid *B* maximam *BaCD*. maximam *Bb*. maxumam in *FZ* 329. Meſ *Db* meliuſt *BCD*. meliuſ *F*. meliuſ eſt *Z* accubere *C* (*) 330. ergo *BC* uolcam *pro* uolcani *visus est C habere* (*) 331. aſſtare *D*. aſtare *FZ* 332. aſteſ *F* 333. Mes *B*. *om. Db* Iam ne *BD* abiit? abiit *Gruterus*. habit *BaC*. abit *D*. abiit *BbFZ* aut *BaCD*. haud *Bb* mendatia *BCD* (*) 334. ſ ſua *Bb marg.* experior esse. Mes. *Lipsius Ant. lect. II 13.* exterioreſ ſe *BaCD*. exterior eſſe *Bb*. Mes. exterior ſiſ *FZ* abſeruato *Z* 335. iſtih *C* 336. inſanuſ ille *DFZ* abiid *C* (*) 337. Men. *om. Db* nom̄ *D* (*etiam lineolam Da*) 338. Minime *libri* (*) 339. A *CDa*. Ad *Dc* ſeruoloſ *B*. ſeruoluſ *CD*. ſeruuloſ *FZ*

Si quaé peregrina náuis in portum áduenit, 340
Rogitánt quoiatis sít, quid ei nomén siet:
Postílla exemplo se ádplicant, adglútinant:
Si péllexerunt, pérditum amittúnt domum.
Nunc ín istoc portust náuis praedatória,
Aps quá cauendum nóbis sane cénseo. 345

MENAECHMVS

Monés quidem hercle récte.

MESSENIO

Tum demúm sciam
Recté monuisse, sí tu recte cáueris.

MENAECHMVS

Tace dúm parumper: nám concrepuit óstium.
Videámus, qui hinc egréditur.

---

341. *Priscianus inst. XVII 23 p. 122, 20 H.:* per deriuationem, quae apud Graecos non est, possessiuum 'cuius cuia cuium' et gentile 'cuias', cuius nominatiuum etiam 'cuiatis' communi genere antiqui proferebant. Plautus in Poenulo . . . idem in Menaechmis 'rogitant cuiatis sit [aut quo ex oppido]': *ubi verba* aut quo ex oppido *per merum librariorum* (*vix ipsius Prisciani*) *errorem repetita sunt ex praecedente Poenuli versu 994: id quod tacite a Ritschelio, uncis ab Hertzio significatum neglexit Vahlenus*

---

340. Si quae *R cum Kampmanno de* IN *praepos. p. 24 Bentleiusque.* Sed qua *Ba.* Si qua *BbFZ.* Sed quia *CD* 341. Rogant *B* (Rogitant *etiam Priscianus*) culatus *C.* cuiatis *reliqui cum Prisciano supra* quid *suprascr. aliquid Bb, quod non liquet* fiet *B.* fciet *C.* fciat *Da.* fiat *DbFZ* 342. Postilla *Gulielmus.* Poſt ille *BaCDFZ.* Poſt illę *Bb* adplicant *D.* applicant *BbCFZ.* applicat *Ba* adglutinant *DcZ.* acglutinant *CDa.* ac glutinant *BbDb.* ac glutinat *Ba.* agglutinant *F* 343. admittunt *FZ* domum. ‖ MEN. ſane cenſeo *FZ inducti cod. D, qui* ſane cenſeo (*ut alias versuum particulas*) *supra scr. om. hic* Γ *nota* 344. MES. *praem. FZ* portust *Geppertus, Bentleius.* portu ſtat *libri* predatoria *BC* (*) 345. ********END****BIṢSẠNEC̣———— *A* Apſ *pro* Abſ *BaC* sane censeo *h. l. om. FZ: cf. ad v. 343*

recte

346. *****Q****MKERCLERECTE#TUM———— *A* hercle tum *Db.* hercle recte cum *C* 347. Rete *B* 348. MEN. *om. Db* tum *Ba: corr. m. ant. minio* nã *ras. ex* unã *D* hoſtium *FZ* 349. egreditur. MES. Hoc *Pylades.* egreditur hoc *B minio DcFZ.* creditur hoc *BaCDa*

MESSENIO

Hoc ponam ínterim.
Adséruatote haec súltis, nauales pedes. 350

EROTIVM. MENAECHMVS II. MESSENIO

EROTIVM

Sine fóris sic, abi: nolo óperiri.
Intús para, curá, uide:
Quod opúst, fiat. sterníte lectos,
Incéndite odores: * * *

---

350. *Nonius p. 461, 31 M.:* [reuocare] pedem cum hominum et aliquarum animantium dici manifestum sit, Vergilius lib. VIIII etiam fluuiorum dici posse ostendit . . . . et Plautus remos nauium 'pedes' dixit: *cf. p. 381, 14:* remi sunt nauales pedes, sicuti plerumque. remos remiges Vergili auctoritate possumus dicere 352 *sq. Varro de l. l. VII 12:* sed tamen hoc ipsum ab eadem est profectum origine, quod cum uolumus domum curare dicimus: tu domi uidebis, ut Plautus cam ait, 'intus . . . . fiat', *ubi* fuat *vel* siet *ad senarium efficiendum editores Varronis refragante Bergkio 'Beitr.' I p. 159*

---

350. Adferuatote *C.* Adfereuatote *Ba.* Abferuato te *D.* Abferuatote *FZ* hec *D* sultis *Pylades.* fiuuoltif *C.* fi uoltif *BDFZ* *Cf. testim.* (*) pedef . erotiũ maenehmuf meffenio. *C.* pedef eoritiũ menechm̃ meffenio *D*

Act. II Sc. 3 EROCIVM MVLIER . MENECHMVS ADOLESCENS . MESSENIO SENEX . *B. unius v. sp. A, ut vid., CDa.* EROTIVM menechmvs messenio *rubr. in ultimo v. pag. Db* Erotium. Cylindruf. Menechinuf. Meffenio *FZ.* CYL. *pers. del. R* *Versus* 351—356 *septem versus in A occupabant, quos quinque versibus sic complectitur B:*

ERO Sine foref fic ubi nolo operiri
Intuf para curaui dequod opuft fiat.
Sternite lectof incendite odoref.
Mundicia inlecebra animo ft amantium
5 Amantia moenitaf malo fi nobif lucro ft,

ubi v. 1 f. oref *c. ras.* (f *ex* ft) *C.* foris *R* abi *BbCDF.* abii *Z* *v.* 2 paraui *Bb* para cura uide quod *DcF itemque, sed* quid, *Varro,* inde, *Z.* para curaui deqd *CDa* opuft fiat *CD.* opuf fiat *Varro.* opuft. CYL. fiat. ERO. *F itemque, sed* opuf eft, *Z* Quod . . . lectos *comprehendit Hermannus, post* odoref *lacunam statuit clausulamque separavit* ☙, *suadente cum A tum metro et sententia, ad hoc exemplum:*

* * *: munditia ínlecebra 355
Animóst amantum.
Amánti amoenitás malost, nobís lucrost. 356
Séd ubi illest, quem cóquos ante aedis ésse ait? atque éccum uideo:
Quí mihist úsui et plúrumum pródest.
* * * * * * *
Ítem hinc ultro fit, út meret potíssumus nostraé domi ut sit.
Núnc eapse ád eum adibo: ádloquar últro. 360
Animúle mei, mihi mirá uidentur
Te hic stáre foris, fores quoí pateant,
Magis, quám domus tua, domus quom haéc tua sit.

---

359. *Nonius p. 468, 12 M.:* meret pro meretur. Plautus in Menaechmis 'item . . . . ut sit':

Incéndite odores: ⟨múnditia Domus níteat:⟩ munditia ínlecebra *v.* 4 munditia *D* inlecebra *Dc.* incelebra *CDa.* illecebra *FZ* animoſt *D.* animo eſt *FZ* amantum *CDFZ* *v.* 5 Amantia moenitaſ *etiam CDa.* Amanti amoenitaſ *DcFZ* malo ſi *FZ.* maloſy *C.* malo ſ' (*h. e.* ſet) *D:* malo eſt *Camerarius* lucroſt *CD.* lucro eſt *FZ* (*) 357. ****BIILLESTQUEMCOQUOSANTEAEDISES*******Q·**CUMUIDEO *A, ubi* Sed ubi ille eſt *BC.* Sed ubi eſt ille *DFZ,* coquuſ *BCDFZ,* aedis esse ait atque *Pylades cum A, ut vid., et Bb.* aediſ ſe ait ſe atq' *Ba* (aędiſ ef ſe ait ſę atq' *Bb*). aediſſe ait ſeatq' *C.* ędiſſe aitſe atq' *D.* ędiſ (edeſ *F*) ait esse atque *FZ* (*) 358. ——S ——L——— *A* (*quadrante inter* S *et* L tusuietp) eſt uſui, u *prius a Bb corr.* eſtu ſui *CDa* (*corr. Dc*) plurimum *libri* prodeſt *BbDcFZ.* propeſt *BaCDa* (*) *Post hunc versum intercidisse unum demonstrat A, ubi* ———UTSIT *in fine tertii a v. 358 versus ita apparet, ut v. 359 bipartitum non fuisse appareat. Quem talem fuisse et metrum et v. 359* (Item) *exigit:*

Quí me habet praé sua múliere cáram.

359. hinc *BCD.* huic *FZ.* hic *Nonius* (*sed* in c[ultro] *Bamberg.*) utro *Ba: corr. Bb* meret, et *ex* o *C* potiſſimuſ *CDFZ, Nonius.* potiſſimum *B* ut ſit *in fine versus libri cum A et Nonio* (*) 360. *Nihil apparuit in A* eapse ad eum ℭ. eum *BCDZ.* cum *F* alloquar *FZ* ultro *BbDcFZ.* ultri *BaCDa* (*) 361. ——————MIRAUIDENTUR *A* Anime *Z* mei *BaCDF.* mi *B ex ras. Z* cur uideo *pro* mihi mira uidentur *Z* (*corr. Scutarius*) 362. ———KIÇSTA*EFORISQUOIPATEANT *A* foriſ foreſ *libri praeter A, sed* foreſ *ex* fore *Db* cui *FZ* 363. ————US***D*MUS——— ————IT *A quadrante* quomhaectuas(it) domuſ tua *BaFZ cum A, ut vid.* domuſ itua *CD.* domuſ ſit tua *Bb* cum *FZ.* quam *BCD* quā hec tua *C*

Omné paratumst, * * *
Vt iússisti atque ut uóluisti: 365
Neque tíbi apud mest ullá mora intus.
Prandium, út iussisti, hic cúratumst:
Vbi lúbet, ire licet accúbitum.

MENAECHMVS

Quícum haec mulier lóquitur?

EROTIVM

Equidem técum.

MENAECHMVS

Quid mecúm tibi
Fúit umquam aut nunc ést negoti?

EROTIVM

Quía pol te unum ex ómnibus 370

---

368. *Cf. Varro Ταφὴ Μενίππου fragm. VII R., VI B.* (*)

V. 364—368 *haec apparuerunt in A:*

———————————————————TRO
————————————————QL****I*EQ·T*BI
————————————————US
————————————————MEST
————————————————————————

ubi B habet:

Omne para.....tutiuſ ſiſti atque ut uoluiſti neq' tibi
Si...am ora intuſ.

Prandium ut iuſſ.ſtihic curatuſt ubi libet· ire licet accubitum.

V. 364—366 *om. FZ* 364 *sqq.* Omẽ *D* paratuſt...utiuſ ſiſti *Bb.* paraſituſ tutiuſ ſiſti *D et, nisi quod* tutuiſ, *C.* paratum eſt ut iuſſiſti *Camerarius, ubi duce A supplendum erit, velut*

Omné paratumst — quin tu ís intro? — Vt iússisti

tibi apud mest (*vel* tibist in med) ulla mora ℭ. tibiſt ‖ ..ullam ora *Bb.* tibi ſullã oraſ *CD* (*) 367 *sq.* Prandium *B ead. m. CDFZ* ut iuſſi ſtihic curatuſt ubi *Bb.* utiuſ ſt ſtihic curatuſ tibi *C.* utiuſſt ſtihic curat' tibi *D.* ut iuſſiſti hic curatumſt ubi *F, et nisi quod* curatum eſt (*cum A, ut vid.*) *Z* lubetire *CDb.* iubetire *Da.* lubet ire *FZ* (*) 369. ME *BDb* Qui cum *B* hec *BaD* loquitur mulier *F* ERO. *Db.* MES *B* te cum *C* MEN. *Db* ————————D *A versu post* Quid *bipartito, ut vid.: itemque v.* 370 *bipartitus fuit, in quo nihil apparuit* 370. negotii *BCD.* negocii *FZ* E *Db* qui *B* polt te *CD*

Vénus me uoluit mágnificare: néque id haud inmeritó tuo.
Nam écastor solús benefactis tuís me florentém facis.

MENAECHMVS

Cérto haec mulier aút insana aut ébriast, Messénio,
Quaé hominem ignotúm conpellet mé tam familiáriter.

MESSENIO

Díxin ego istaec heíc solere fíeri? folia núnc cadunt, 375
Praeút, si triduom hóc hic erimus: tum árbores in té cadent.
Nam íta sunt hic meretríces: omnes élecebrae argentáriae.
Séd sine me dum hanc cónpellare. heus múlier, tibi dicó.

EROTIVM

Quid est?

MESSENIO

Vbi loci tu hunc hóminem nouisti?

EROTIVM

Íbidem, ubi hic me iám diu,
Ín Epidamno.

MESSENIO

Ín Epidamno? qui húc in hanc urbém pedem, 380
Nísi hodie, numquam íntro tetulit?

---

377. *Festus Pauli p. 76, 5 M.:* elecebrae argentariae meretrices ab eliciendo argento dictae*: quae huc pertinere Scaliger observavit*

---

371. ⁎E————————UO *A* Fenuſ *CD* uoluit me *Z* magnifacere *Z.* gratificare *F* immerito *BFZ* (*non CD*) (*) 372. ————————F⁎⁎⁎S *A* faciſ *FZ cum A, ut vid.* faciaſ *CD.* fatiaſ *B* 373. C⁎⁎⁎OK⁎⁎⁎MULIERAUTINSANAAUTEBRIAESTME⁎⁎⁎⁎⁎O *A* Men. *Dc del.* Soſ *a Db scripto* ebria eſt *libri cum A, ut vid.* 374. Que *BaCD* conpellet *B.* cōpellet *CD* 375. MES. *Dc* iſtaec heic *Ba.* iſtaec hic *BbDc.* iſta echic *Da.* iſta ethic *C.* iſtec hic *FZ* folia *FZ.* fortia *BaCD.* fortia *Bb* 376. Pre ut *BCD.* Nunc *FZ* triduum *libri* inte *B* cadent *ex* canent *Ba* (*) 377. *Post* meretrices *distinxit Vahlenus Mus. Rhen. XXVII, a. 1872, p. 176* omneſ elecebre *BaDc.* omne ſe lecebrę *C.* omē ſe lecebre *Da.* omneſ illecebrę *FZ: cf. testim.* 378. medum *C.* modo *Z* compellare *libri* dico quid *B ex ras.* dicoſ quid *BaCD* 379. MES *om. B* Vbi loci ℭ. Vbi *libri* nunc *F* ERO *Dc* (*) 380. epidamno *bis F* (*non Z*) MES *Dc* qui hic *Z* (*) 381. ūquam intra *F* te tulit *BaCDaZ.* de tulit *Bb.* tetulit *Dc* ERO. *hic om. B*

EROTIVM

Héia, deliciás facis.
Mí Menaechme, quín amabo is íntro? hic tibi erit réctius.

MENAECHMVS

Haéc quidem edepol récte appellat meó me mulier nómine.
Nímis miror, quid hoc sít negoti.

MESSENIO

Óboluit marsúppium
Huíc istuc, quod habés.

MENAECHMVS

Atque edepol tú me monuistí probe. 385
Áccipe dum hoc: iam scíbo, utrum haec me máge amet
an marsúppium.

EROTIVM

Eámus intro, ut prándeamus.

MENAECHMVS

Béne uocas: tam grátiast.

EROTIVM

Cúr igitur me tíbi iussisti cóquere dudum prándium?

MENAECHMVS

Égon te iussi cóquere?

EROTIVM

Certo tíbi, mi et parasitó tuo.

---

hia deliciaſ *CDF*. eia delitiaſ *Z*. hi adelitiaſ *Ba*, h *et* a *erasis* eia *corr.* *post* facis (*non ante* quin) *gravius distinxit Geppertus* 382. ERO *praem.* *BDc* menęchme *B*. menechme *D* (*) *Mox* Hic tibi — nomine, Nimiſ — atque (*sed* Huic), Edepol — mar, ſuppium Eamuſ — iuſſiſti, Coquere — tuo (*sed* Egone) *quinque versibus comprehendit B* 383. MEN. *Dc* Hec *B*. Nec *Z* apellat *CD* 384. MES *praemittit B mox omittens sine spatio* minor *CD* negotii *BCD*. negocii *FZ* oboluit *BbFZ*. obuoluit *BaCD* marſupium *BDFZ* (*non C*), *item v. 386* (*) 385. ME *post* Huic *habet B mox omittens s. sp.* istud *F* qd̄ *sup. scr. Da.* quid *Z* MEN. *F*. MES. *Z* 386. accipedum *B* cibo *CD* me *add. Db* 387. tamen gratia eſt *FZ* (*) 388. me tibi *BDc*. me tibi me *CDa*. tibi me *FZ* meiuſſiſti, *alt.* ſ *e corr. et* ſt *in ras. C* (*fuit* meiuſcoq *ut vid.*) quoquere *Z* 389. Egone *libri: corr. Bothius, Bentleius* tibi, mi ꝑ (*huc revocans* [tibi] me *in CD excurrens v. 388*) *itemque Leo Hermae XVIII p. 585.* tibi *libri* (*)

MENAECHMVS

Quoí, malum, parasíto? certo haec múlier non sanást satis. 390

EROTIVM

Péniculo.

MENAECHMVS

Quis istést Peniculus? qui éxtergentur báxeae?

EROTIVM

Scílicet qui dúdum tecum uénit, quom pallám mihi
Détulisti, quám ab uxore tuá surrupuistí.

MENAECHMVS

Quid est?

Tíbi pallam dedí, quam uxori meaé surrupui? sánan es?
Cérte haec mulier cánterino rítu restans sómniat. 395

EROTIVM

Quí lubet ludíbrio habere me átque ire infitiás mihi
Fácta quae sunt?

MENAECHMVS

Díc quid est id quód negem, quod fécerim?

---

391. *Vix dubium est, quin huc spectaverit Verrius Flaccus, ex quo haec servavit Festus p. 230, 24 M.:* peniculi quis calciamenta tergentur, quod e codis extremis faciebant antiqui qui tergent ea. dictum est forsitan a pendendo. *Contra non recte huc traxit Deuerlingius Placidum p. 13, 7* (baxeas, *quae forma etiam in aliis glossis redit*).

395. *Festus p. 273, 6 M.:* Rit[us est mos uel consuetudo. rite autem be]ne a[c recte significat . . . . . Plautus in Menaechmis 'certe haec mulier can]terin[o ritu astans somniat']: *quae huc pertinere Vrsinus vidit*

---

390. ME SoS *Db* Cui *libri* malum *BbF.* malo *BaCDZ* certe *Z* hec *D* non ſanaſt *B.* non ſana eſt *FZ.* noſanaſt *C.* ñ anaſt *Da.* ñu (*vel* ño) ſanaſt *Db* 391. iſte eſt *BCDZ.* hic eſt *F* peniciluſ *Z* extergent̃ *ex* extenuenti *ut vid. Da* baxeae *Scutarius.* bexeae *BC, sed* ꝫ buxeę *suprascr. Ba.* bexeę *D.* bexe *Z* (*) 392. quom *FZ.* qum *CDa.* cum *BDc* palã *Da: corr. Db* 393 *sq.* ab uxore . . . . dedi quam *om. FZ* (*non D*) meę ſurrupuiſ ananeſ *CDa* (*corr. Dc*). tue ſubripuiſſe aiebaſ *FZ* 395. MEN. *praem. FZ* Certo *F* cantherino ritu *BbDc* (canterino *Pylades e codd. ant.: cf. testim.*). cantherin ori tu *BaCDa* (orituaſtanſ *C*). cantherum oritu *F.* cantharidum ritu *Z* restans ꝗ. aſtanſ *libri* (*)

396. Quo̊ *B,* sed ° *erasum* inficiaſ *CDF* 397. que ſt̃ *D* quid fecerim *Z* (*)

EROTIVM

Pállam te hodie míhi dedisse uxóris.

MENAECHMVS

Etiam núnc nego.
Égo quidem neque úmquam uxorem hábui neque habeó: neque huc
Vmquam, postquam nátus sum, intra pórtam penetrauí pedem. 400
Prándi in naui: inde húc sum egressus ét te conueni.

EROTIVM

Éccere,
Périi misera. quám tu mihi nunc náuem narras?

MENAECHMVS

Lígneam,
Saépe tritam, saépe fixam, saépe excussam málleo.
Quási supellex péllionist: pálus palo próxumust.

EROTIVM

Iám, amabo, desíste ludos fácere atque i hac mecúm semul. 405

MENAECHMVS

Néscioquem, muliér, quem nosti alium hóminem, non me quaéritas. 407

---

398. chodie *C ante ras.* uxoris MEN. etiam *ante Gruterum Colvius in Appul. Metam. I p. 50a Oud.* uxorif. M fed iam *B.* uxorif etiã *Dc.* uxorif ſ̄ iam *Da.* uxorif etiam *C,* etiam *ex* eccam, *ut vid., corr. et* ia *clarius suprascr.* uxorif. MEN. iam *FZ* 399. (*) 401 *sq.* naui *C,* a *ex* i, *ut vid., corr. et clarius suprascr.* ſume greſſuſ *C* et te *R.* te *libri* conueni. ERO. eccere. ‖ Perii *Pistorem secutus Taubmannus.* conueni eccere ‖ Perii *CD.* conueni eccerẽ ‖ ERO Perii *B.* conueni. ecce rem. ERO. Perii (Peri *Z*) *FZ* mihi nunc *BCDF.* nunc mihi *Z* (*) 403. Sepe *ter CD, bis* (*non ab initio*) *B* (*)

404. Quam ſi *BCD* ſuppellex *B.* ſupplex *F* pellionist *R.* pellioniſ *BCD, codd. Pyladis.* cellioniſ *F, cod. Scaligeri.* celioniſ *Z* proxumuſt *BCD.* proximuſt *F.* proximuſ eſt *Z* (*) 405. desiste *Fleckeisenus Annal. philol. XCV, a. 1867, p. 629.* deſine *libri* ſemul *BbCDa.* ſemel *Ba.* ſimul *DcFZ* (*) 407. Nescio quem *B.* Nam quem *CDFZ* quem nosti *suppl.* ☡. *om. libri* queritaſ *Ba* (*)

EROTIVM

Nón ego te nouí Menaechmum, Móscho prognatúm patre,
Quí Suracusís perhibere nátus esse in Sícilia,
Vbi rex Agathoclés regnator fúit, et iterum Píntia, 410
Tértium Liparó, qui in morte régnum Hieroni trádidit,
Núnc Hierost?

MENAECHMVS

Haud fálsa, mulier, praédicas.

MESSENIO

Pro Iúppiter,
Núm istaec mulier íllinc uenit, quaé te nouit tám cate? 413

MENAECHMVS

Hércle opinor pérnegari nón potest.

MESSENIO

Ne féceris. 415
Périisti, si intrássis intra límen.

MENAECHMVS

Quin tu táce modo:
* * * * * * * *
Béne res geritur. ádsentabor, quícquid dicet, múlieri,
Sí possum hospitiúm nancisci. iám dudum, muliér, tibi

---

408. menechmum *BD* mofco *BDaF.* nofco *Dc* prognatum *B, sed* ro *litteris erasis* 409. firacufif *D.* firacuffif *B.* fyracufif *CFZ* perhibere tur *Dc* fycilia *C.* fcilia *B m. ead.* 410. *Verba* ubi . . . . fuit *antecedenti versui, verba* Et i. P. *insequenti adiungit B supra* Vbi *aliquid* (Er *ut vid.*) *erasum D* agatoclef *F* Pintia *R duce Gronovio.* pinthia *libri* (*) 411. Tercium *BC.* Tertio *Z* liparo, p *ex* b, *C.* lyparo *Z* mofte *C ante corr.* heroni *Da* 412. MEN. *praemittunt FZ* hiero eft M haud *B.* hiero ef haud *C.* heroef haud *DFZ* falfa *BCDF.* falfo *Z* pdicaf p i uppit *B,* MES *hic omittens* pro h *Dc* iupiter *DFZ* 413. Num *CF, Dousa III 6.* MES Num *B.* Nc *D.* Nunc *Z.* ifta hec *B,* h *eraso* illinc *rasura ex* illunc *B* que *Ba* (*) 415. Ercle *B* poft te *C* fine *B* 416. Perifti *FZ inter* tace *et* modo *aliquid* (c *ut vid.*) *erasum C* (*) *Post hunc versum quaedam intercidisse Ladewigius p. 296 vidit: recedere servum erus iusserat ut e v. 432 apparet*
418. adfentabor *B.* affentabor *ceteri* 419. pofum f *C.* poffem *Z* hofpitium *Bb.* hofpicium *D* nancifor *D ante ras.* (*)

Nón inprudens áduorsabar: húnc metuebam né meae 420
Vxori renúntiaret dé palla et de prándio.
Núnc quando uis, eámus intro.

EROTIVM

Étiam parasitúm manes?

MENAECHMVS

Néque ego illum maneó neque flocci fácio, neque, si uénerit,
Eúm uolo intromítti.

EROTIVM

Ecastor haúd inuita fécero.
Séd scin quid te amábo ut facias?

MENAECHMVS

Ímpera quiduís modo. 425

EROTIVM

Pállam illam quam dúdum dederas, ád phrygionem ut déferas,
Vt reconcinnétur atque ut ópera addantur quaé uolo.

MENAECHMVS

Hércle qui tu récte dicis: eádem dignorábitur,
Ne úxor cognoscát te habere, si ín uia conspéxerit.

---

420. inprudenſ *B*. imprudenſ *ceteri* aduorſabor *Da*. aduorſabor *C*. aduerſabar *FZ* nimeae *BaCDa* (*corr. Dc*) 421. renuntiaret *BbDcF*. renuntiare *BaDa*. renunciare *C*. renunciaret *Z* 422. & iam *B* (*) 423. maneo *ex* moneo *Bb* fatio *B* 424. ecaſto *D*. etaſto *C* haud inuita *CD, codd. Pyladis*. auh inuita *B*. audiui. ita *FZ* 425. MEN. *praemittit F* ſin *Bb* faciaſ? MEN. impera quiduis modo *Dousa Expl. III 6 cum Palmerio Lipsioque*. fatiaſ? impera ME quid uiſ modo *B* (*ubi* impero *corr. Bb*). faciaſ impero? quiduiſ modo? *CD*. faciaſ impero. ERO. quiduiſ modo *F et* MES. *pro* ERO. *substituens Z* 426. ERO *B*. MEN. *FZ* dederam *Z* frigionem *BCD* ui *B* deferam *Z* (*) 427. re concinnetur *B* que *CD*. 428. ME *B*. ERO. *FZ* qui tu *Fleckeisenus misc. crit. ed. a. 1864 p. 29*. quiintu *CD* (cum *suprascr. Dc*). quin tu *B FZ* diciſ. MEN. eadem *FZ* dignorabitur *S*. ignorabitur *BD FZ*. gnorabitur *C* (*) 429. euxor *in 6 fere litt. rasura* (*fuit* Nil *ab initio et fort.* noſc) *C* (*)

EROTIVM

Érgo mox auférto tecum, quándo abibis.

MENAECHMVS

Máxume. 430

EROTIVM

Eámus intro.

MENAECHMVS

Iám sequar ted: húnc uolo ˜etiam cónloqui.
Ého, Messenio, áccede huc.

MESSENIO

Em: quíd negotist? * *
* * * * * * * * sus sciri

MENAECHMVS

Quíd eo opust?

MESSENIO

Opúst.

MENAECHMVS

Scio ut me díces.

MESSENIO

Tanto néquior.

MENAECHMVS

Hábeo praedam: tántum incepi óperis. ei quantúm potest, 435

---

430. abibiſ maxime *BCD* 431. ERO *om. B* ted *Guietus.* te *libri* et iam *B* colloqui *DFZ* (*) 432. Eo *Z* MES. *om. B sine spatio* Em : quid 𝔖. quid *libri* negotii eſt *BCD.* negocii eſt *FZ* *Post* eſt *habent* ſuſſciri *BaC.* ſuſciri *Da.* ſuſciri *FZ*. t ſciſcitari *Bb in marg.* ſuſurra *alia m. ant. in B marg., ubi lacunam statuit* 𝔖 *ad hoc exemplum explendam:*
MES. Em: quíd negotist? ⟨MEN. Tuóm scies. MES. Quíd tu agis? MEN. Tace. MES. Mónitor sum, omnem rém neces⟩sust scíre ⟨me⟩.
(*) 434. MEN. 𝔖. MES *B. om. FZ* eo *Pylades.* ego *BaCD.* ergo *BbFZ* opust? MES. Opust. MEN. Scio 𝔖 *coll. Stichi v. 95.* op ˙ ſi op ẽ ſcio *B, ubi* ˅ *in fine add.* (*non suprascr.*) *Bb.* opu ſiopuſ eſt ſcio *C.* opuſi opuſt ẽ ſcio *D.* opuſ eſt. MEN. ſcio *FZ* me diceſ MES. *Acidalius.* me dicaſ ME *B* (n e *Bb ut supra*). medicaſ *C.* me dicaſ *DFZ* nequior. MEN. *Acidalius.* nequiore *B* (f *Bb ut supra*). nec quiorę *C.* nequorę *D.* nequiorem *FZ* (*) 435. p̄dam *BD.* predam *C* tãntū, *er.* ˜, *D* ei *Gruterus.* et *libri* quantum, tı *ex* d, *C* potest *Dousa.* poteſ (t *ex* ſ *C*) *libri* (*)

Ábduc istos ín tabernam actútum deuorsóriam.
Tú facito ante sólem occasum ut uénias aduorsúm mihi.

MESSENIO

Nón tu istas meretríces nouisti, ére.

MENAECHMVS

Tace, inquam * *
Míhi dolebit, nón tibi, si quíd ego stulte fécero.
Múlier haec stulta átque inscitast: quántum perspexí modo, 440
Ést hic praeda nóbis.

MESSENIO

Perii. iámne abis? periít probe:
Dúcit lembum díerectum náuis praedatória.
Séd ego inscitus, quí domini animo póstulem moderárier:
Dícto me emit aúdientem, haud ímperatorém sibi.
Séquimini, ut quod ímperatumst, uéniam aduorsum tém-
peri. 445

---

436. Abduc, b *ex* p, *C* iſtoc *Z* iſto ſintabnam *Ba.* iſto ſintaber nam *C.* iſto ſin t abernã *Da: corr. BbDc* deuorſoriam *CD.* diuorſoriam *B.* diuerſoriam *FZ* 437. solem *Lambinus.* ſoliſ *libri* occſum *C* (*) 438. ere *om. F* tace inquam *versu mutilo libri* (*) 439. ſiquid *B* ſtulte, e *e corr. Bb.* ſtul *CDa* (*corr. Dc*) 440. hec *CD* inſcita eſt *DcFZ.* inſita eſt *BaCDa.* inſcia eſt *Bb* quantum . . . . modo *vulgo constructa cum superioribus, cum proximis iunxit R* proſpexi *Z* 441. perii. iamne abis? periit *Bothius, Fleckeisenus Exerc. p. 16 sq.* peri iamne abiſ periit *BCD, sed ut in B post* peri *unius litterae rasura sit,* ia ne *et* perit *Da habuerit.* peri (perii *F*). MEN. iamne abiſ. MES. peri tibi *FZ* (*) 442. lembum *Z.* limbum *BC.* limpum *DF* dierectum *Z.* derectũ *Bb.* cllerectũ *C.* dlerectum *D.* directum *F* p̄datoria *BD.* predatoria *C* (*) 443. inſcituſ *DcFZ.* inſituſ *BCDa.* ŧ inſciuſ *Bb in marg.* qui domini animo ꝗ. quid rome *C.* qid̄ romę *D* (*in* rornę, *ut vid., corr. m. ead.*). quod romę *B,* p me *Bb in marg.* qui hero me *F Z* (*) 444. aut *F* 445. Sequini *Z.* Sedquimini *CD, exp.* d *Db, ut vid.* quid *Z* eſt *libri* temperi *Dc* temperi. Peniculuſ *CD, cui C subscr.* PARASITVS *in fine v. sq. post* loci *vacuo nullo*

ACTVS III

PENICVLVS

Plús triginta annís nunc natus súm iam, quom intereá loci
Númquam quicquam fácinus feci péius neque sceléstius,
Quám hodie, quom in cóntionem médiam me inmersí miser:
Vbi ego dum hietó, Menaechmus sé subterduxít mihi
Átque abit ad amícam, credo, néque me uoluit dúcere. 450
Quei íllum dei omnes pérduint, quei prímus commentúst
poplum

Act. III Sc. 1 PENICVLVS PARASITVS. *BFZ.* PARASITVS *D, de quo, item ut de C, cf. ad v. 445* 446. nunc natus sum iam ꝑ *duce A, in quo primus paginae versus ante v. 447 ab initio vacat scriptura, unde v. 446 bipartitum fuisse probabile est et excessisse reliquorum librorum ambitum hoc loco* natuſ ſum *exhibentium* quom *FZ.* qu̅m *B m. ead.* qum *CDa.* c̅qum *Dc* (*) 447. NUMQUAMQUICQUAM———— *A* quicqu/////am *C* (*fuit* [qu]ia) neque] atque *B* 448. QUAMKODIEQUO————IMISER *A* cum *BCD* concionem *F* inmerſi, ſ *ex* i, *Da.* immerſi *BC* 449. UBIEGODUMKIETOMENAECKM———— *A* ego dum hieto, Menaechmus *Palmerius p. 666 cum A, ut vid.* ego dumhi & omen aechm̄ *B.* ego du mihi & omenaechmuſ *C.* ego du m̄ & omenechm̄ *D.* egomet menechinuſ *Z.* ego dii mihi et menechinuſ *F* ſubter duxit *C.* ſubtraxit *Z* (*) 450. ATQ·ABITADAMICA**R***N——OLU *A quadrante ante* OLU *litteras perdubias* eq·meu abit *B D cum A.* abiit *C.* abiit *FZ* dicere *Da* 451. QUIILLUMDEIOMNESPERD———— ‖ ————M *A* Qui *Camerarius cum A, ut vid.* Que *CD.* Quo *Ba,* Quõ, *deinde* Qui *Bb.* quem ·*FZ* di *BCD.* dii *FZ* omſ *B* perduint *BbC.* perdunt *BaD.* perdiunt *FZ* quei primuſ *C.* que çipm̄ *B.* que iprim̄ *Da.* qui primuſ *DcFZ* commentu eſt *BCDa.* commentuſ eſt *DcFZ* poplum ꝑ *duce A, in quo quinto fere loco versus bipartiti* M *Loewius testatur, prior versus cum verba usque ad* commentuſt *capiat. om. BCDFZ* (*)

Cóntionem habére, qui homines óccupatos óccupat.
Nón ad eam rem désidiosos hómines decuit délegi,
Quí nisi adsint quóm citentur, cénsus capiat ílico?
Qu . . . . . qua . senatus . . . o . . one 455
. . . . . q . . m l . . . . . .
Ádfatimst hominum, ín dies qui síngulas escás edint,
Quíbus negoti níhil est, qui essum néque uocantur néque uocant:
Eós oportet cóntioni dáre operam atque cómitieis.
Seí id ita esset, nón ego hodie pérdidissem prándium: 460

---

452. CON——N——B——KOMIN————————UPAT *A, ubi et* tio *et* emba *quadrant,* erequi *vix locum habet* (*an fuit* ereq.i *?*) Contionem habere qui *Scutarius, fortasse cum A.* Contionem hac re qui *B.* Contionem hare qui *CD* (hare nc *Dc*). Contionare, qui *Z.* Concionare qui *F* hominef *ex* omfnef *Da* (*) 453. NON———————— *A vacuo sub finem versu, ut ceteris non plus verborum habuisse appareat* Non am *Dc* desidiosos homines ℭ. otiofof (ociofof *CD*) hominef *libri* deligi *BF* (*) 454. QUI————————————ATILICO *A quadrante* nisiadsintquomcitenturcensuscapi*: atque* ADSINTQUOMCITENTUR *legit etiam ℜ, ubi* qum *CD.* cum *B,* cinetet n *Bb.* citenet *CDa* (*supra* en *er.* u^s [= us], *ut vid., D*): *corr. DcFZ* (CAPI)AT *A.* capiant *BC.* percapiant *DF.* percapiunt *Z* (*) 455. 456. '*Duobus hic versibus auctior A est, quorum nihil nisi haec legi potuerunt:*

QU·····QUAMSENATUSLLGLNENLONLONE··AIAP
··————————··Q··ML··——— ———· ‖

In priore post SENATUS *prima littera visa est vel* D *vel* P *esse posse, altera* E, *tertia fortasse non* G *sed* U *potius, post quattuor autem vel quinque intervalla* CONTIONE *apparere. Posterior versus priore longe brevior est in fine, non ab initio' ℜ: ubi Loewius initio prioris versus* QUAE *in fine eiusdem* ONENAMIP *dubitanter enotavit ceteris abscissis, et propter* P *finalem et propter sequentis versus spatium unum tantum versum eumque bipartitum extitisse coniciens* 457. ————KOMINUM ———ESQUISINGULASESCASEDINT *A quadrante* adfatimest *et* indi, NT *per ligaturam* Ad fatũ *Da.* Affatim *DcZ.* Affatum *F* eft *libri* edint *Da cum ABC.* edant *Dc.* edunt *FZ* (*) 458. QUIBUS·NEGOTINIKILESTQUBSUUNTNEQ·UOCANTURNEQ· ‖ UOCANT *A, ubi* negotii *BCD.* negocii *FZ,* qui essum *BCD.* qui efum *FZ* (QUB'NUNT *Ar* '*quod non expedio': neque magis expedivit Loewius pravam potius lectionem quam gravem corruptelam admittens*), uocauit *BaCDa* (*corr. Bb DcFZ*) 459. EOSOPORTETCONTIONIDAREOPERAMATQ·COMITIEIS, *ubi* concioni *F,* comitiif *BCDFZ, sed antepaenultimam litteram e corr. Bb* 460. SEIIDITAESSENONEGOKODIEPE————————IUM *A, ubi* Si id ita effet *ceteri* pdidiffẽ, ˜ *vel add. vel rescr. Bb.* perdidiffem, *pro alt.* d *incohata* f, *ut vid., D*

Quoí tam credo halátum oluisse, quám me uideo uíuere.
Íbo: etiamnum réliquiarum spés animum oblectát meum.
Séd quid ego uideó? Menaechmus cúm corona exít foras.
Súblatumst conuíuium: edepol uénio aduorsum témperi.
Óbseruabo, quíd agat, hominem: póst adibo atque ádloquar. 465

MENAECHMVS II. PENICVLVS

MENAECHMVS

Potine út quiescas, si égo tibi hanc hodié probe
Lepidéque concinnátam referam témperi?
Non fáxo eam esse díces: ita ignorábitur.

---

461. QUOITAMCREDODATUMUOLUISSEQUAMMEUIDEOUIUERE *A, ubi* Cui *ceteri,* noluiſſe *Z,* quamne *B.* quã ne *CDa* (*corr. DcFZ*): *pro* datum uoluisse '*veteri ut apparet vitio*' halatum oluisse ☙ (*) 462. IBOETIAMNUMRELIQUARUMSPESANIMUMOBLECTATMEUM *A, ubi* etiamnunc num *Dc.* etiam: nam *FZ,* reliquiarum *BCDF.* relliquiarum *Z,* obiectat me *BaCDaFZ.* oblectat me *Bb.* oblectat meum *Dc* (*Saracenus, Beroaldus*) *cum A* 463. uideo? Menaechmus cum *Brixius* (cum *cum Saraceno*). uideo menechmũ *BD.* uideo menaechmum *CFZ* chorona *B ante ras. CD* ———FORAS *Ar* (*) 464. ————POLUENIOADUERSUMTEMPERI *A quadrante* sublatumestconuiuiumede eſt *libri* conuium *C* aduerſum *BCDF* temoeri *Ba* (*corr. Bb*). temperi *Dc* 465. ————NEMPOSTADIBOATQ·ÉADLOQUAR (E *expuncta,* UA *in fine per ligaturam, quadrante* obseruaboquidagathomi) *A: unde R, cui* QU*R *tantum apparuit ante spatium insequentium versuum usque ad v. 471, huc revocavit, quem post v. 474 habent BCD* (*praem.* PE *B,* adibo *ex* adipo *Da*), *post v. 472 med. FZ*

Act. III Sc. 2 ////////////// (Menechm' *er.*) peniculuſ. MENECHM' ADOL. PENICVLVS PARASIT'. *B.* Menechm' Peniculuſ MENechM' ADOŁ. PENICVŁ PARASITVS *D.* Menęchmuſ peniculuſ *C FZ. unius v. spat. A* 466. ————TIBIKANÇKODIEPROBE *A, ubi fortasse* potineutquiescassei *potius quam* potineutquiescassiego *locum habuisse Loewius adnotavit* ME *praem. B* Potine ut *F.* P. otine me ut *B.*]otine neut *CDa.* Potin ne ut *Dc* (P *rubr.*) *Z* quieſcaſ? *B.* quieſcaſ, c *ex* t *C* ſi ego *FZ.* ſed dico *B.* ſedco *C Da.* ſedego *Dc* hodio, o *ex* a, *C* (*) 467. ————TAMREFERAMTEMPERI *A quadrante* lepideq·concinna Lepide que *BC* referram *CD* tempori *DcZ* 468. ————SE———SITAIGNORABITUR *A quadrante* nonfaxoeames *et* dice eam ee *B.* eum eſſe *CD* (*)

PENICVLVS

Pallam ád phrygionem fért confecto prándio
Vinóque expoto, párasito exclusó foras. 470
Non hércle ego is sum quí sum, ni hanc iniúriam
Meque últus pulcre fúero. obserua quíd dabo.

MENAECHMVS

Pro di ímmortales, quoí homini umquam unó die 474
Boní dedistis plús, qui minus speráuerit? 475
Prandí, potaui, scórtum accubui: ápstuli
Hanc quóius heres númquam erit post húnc diem.

---

469. *Nonius p. 3, 23 M. s. v.* Phrygiones, *sed lemmate cum explicatione nunc deperdito:* ....Plautus Menaechmis 'pallam....prandio': *Idem p. 537, 32 M.:* palla est honestae mulieris uestimentum, hoc est tunicopallium. Plautus in Menaechmis 'pallam.....prandio': *cf. Reblinius p. 77, Caesar p. 38* 476. *Priscianus inst. VIIII 48 p. 483, 18 H.:* alia uero omnia in 'deo' desinentia per 'ui' diuisas proferunt praeteritum..... excipitur 'prandeo prandi'. Plautus in Menaechmis 'prandi....accubui'

---

469. ——————ONFECTOPRANDIO *A quadrante fere* pallamadfrigionemferte phrygionem *DcFZ.* phyygloñē *BaCDa.* phyygionē *B corr.* frigionem *Nonius, sed priore loco* frygionem *LG* 470. ——————OF—— *A quadrante* uinoq.expotoparasitoexclus Vino que *B* e poto *Z* 471. NON——————NIURIÃ *A quadrante* hercleissumquisumnihanci, *ex quibus* QUISUMNI *legit etiam R* hercle ego is *R cum Fleckeiseno.* hercle if *BFZ.* hercleif *C.* er cleif *D* fum ni *BbD.* fumni *BaC.* fum in *FZ* (*)

472. MEQ·ULTUSP *A, ubi praeterea* ULCKREFUEROOBSERUAQU—— *legit R* Neque *FZ* ultuf *BbFZ.* uultuf *BaCD* pulchre fuero. obferua quid dabo *BCD.* fuero. obferuabo quid agat. Hominem poft adibo. atq; alloquar *FZ: cf. ad v. 465* (*) 474. PRODEI——————E *A, ubi* PRODIIMMORTALESQUOIKOMINIUMQUAM—— *enotavit R, inter* DEI *et* E *reliqua non quadrare nisi et* UMQUÃ *admisso et extremis litteris imminutis adnotavit Loewius* ℞ *B.* Pro^{h} *Dc* dii *BCDFZ* inmortalef *D* cui *BCDFZ* homini *ras. ex* hominum *C* hominiũ quam *D* *Post hunc versum habent BCD v. 465, ubi vide* 475 *sq. Sic A:*

BONIDEDISTISPLUSQUIMINUSSPERAUERIT
PRANDIPOTAUISCORTUMACCUBUIABSTULI

itemque FZ, quos versus invertunt BCD (praem. ME *B ob versum interpositum) ceteroqui consentientes, nisi quod* dedifti *CDa: corr. Db,* qui minuf *ex* quominuf *Da,* apftuli *CDa* (abftuli *Dc*) Prandi et potaui *Priscianus* (*) 477. KANCQUOIUSREIERESNUMQUAMERITPOSTKUNCDIÃ *A, ubi* QUOIUSKAERES *et* KANC *Ar* cuiuf heref *BCDFZ* unquam *Z*

PENICVLVS

Nequeó, quae loquitur, éxaudire clánculum.
[Satúr nunc loquitur dé me et de partí mea.]

MENAECHMVS

Ait hánc dedisse mé sibi atque eam mé meae 480
Vxóri surrupuísse. quoniam séntio
Erráre, extemplo, quási res cum ea essét mihi,
Coepi ádsentari: múlier quicquid díxerat,
Idem égo dicebam. quíd multis uerbís opust?
Minóre nusquam béne fui dispéndio. 485

PENICVLVS

Adíbo ad hominem: nám turbare géstio.

MENAECHMVS

Quis hic ést, qui aduorsus ít mihi?

---

485. *Donatus in Ter. Eun. III 4, 2:* ut de symbolis essemus: Plautus in Menaechmis 'minore nusquam fui dispendio': sed melius 'essemus' producta 'e' littera: *ubi* minime essemus minore: ut cũ fui *ed. princ.* (*item, sed* nõ cũ sui *ed. Ven.*). minore nunquam fui *vulgo* 487. *sq. Diomedes art. gr. I p. 325, 21 K.:* interdum comparatiuus nominatiuo iungitur, ut doctior hic quam ille, ut Plautus in Menaechmis 'quid . . . . pluma?'

---

478. NEQUEOQUAELOQUITUREXAUDIRECLANCULUM *A* quae loquitur *BbCZ.* qua eloquit̃ *Ba.* que loquitur *DF* (*) 479. *Hunc v., ut qui ab A absit, secl.* ℞ de parti *CDaZ.* de parte *DcF.* departe *B, ubi* ŧ pallacro (*ubi minus certae* cro [*an* ero(tii)*?*] *litterae*) *rursus del. m. poster.* (*) 480. ——E——Q·EAMMEAE *A quadrante* aithancdedissem *et* (*quod non prorsus evanuit*) sibiat Ait/// hanc, *er.* h *et* ha *quoque in ras., C* mé *C* me meae *Bothius.* meae *libri cum A* (*) 481. UXORISURRUPUISSEQUONIAMSENTIO *A* ſubripuiſſe *FZ* qu̅o̅ *C* 482. ERRAREEXTEMPLOQUASIRESCUMEAESSETMIKI *A* qſireſ *CD* 483. Cępi adſentari *B.* Coepi aſſentari *CDFZ* 484. Idẽ///, *er.* ſt, *C* opust *Pylades. om. libri: in A nihil neque hoc v. neque antecedente apparuit* (*) 485. MINORE——— ——— *A* pene *Bb. om. Donatus: v. testim.* (*) 486. ADIBOA ——— *A* PE. *om. Z* 487. QUISK——— *A* ME. *om. Z* aduorſuſ it *Bothius* (it *cum Grutero*). aduerſum (adũſum *B*) ſit *BCD.* aduerſum ſit *FZ*

PENICVLVS

Quid aís, homo
Leuiór quam pluma, péssume et nequíssume,
Flagítium hominis, súbdole ac minumí preti?
Quid dé te merui, quá me causa pérderes? 490
Vt súrrupuisti té mihi dudum dé foro.
Fecísti funus méd absente prándio.
Cur aúsu's facere, quoíi ego aeque herés eram?

MENAECHMVS

Aduléscens, quaeso, quíd tibi mecúmst rei,
Mihi quí male dicas hómini hic ignoto, ínsciens? 495
An tíbi malam rem uís pro male dictís dari?

PENICVLVS

Pol eám quidem modo té dedisse intéllego.

MENAECHMVS

Respónde, adulescens, quaéso, quid nomén tibist?

PE *om. B (sine sp.) et Z* agiſ *C* (*) 488. peſſime *BDcZ.* peſ ///ime, *er.* l, *ut vid., D* nequiſſime *BDZ.* nequiſſ^u^ime *C* 489. FLAGITIUMQ———— *A* ſubdo leac *Da: corr. Dc* minimi *libri* p̄tii *B.* precii *CDFZ* (*) 490. qua/// *c. ras.* m *litt. B* 491. UT———— *A* ſubripuiſti *FZ* (*) 492. FECISTIFUNUSME———— *A* fumuſ *C* med *Salmasius.* meo *libri* (me *Beroaldus*) abſenti *libri* (*) 493. CURAUSUSFA———— *A* auſuſ *libri: corr. Lambinus* quoii *Brixius.* quo^i^ *Bb.* cui *reliqui* aeque ac heres eram *e 'Vaticana lectione' Lipsius Ant. lect. II 13: ubi* ac *del.* ℜ, *Bentleius.* ea quae heriſ heram *BC et, nisi quod* eaque, *D.* ea que heriſ erant *F.* quę eraſ era *Z* (*) 494. ***LESCENS———— *A* PE *BDb* Adoleſcenſ *CD* queſo *BCD* quid *ex* quit *C* mecum eſt *libri* 495. MIKIQUIM———— *A* Mihi qui ℜ *cum A.* Quę^i^ mihi *Bb.* qui mihi *CDFZ* homini *B. om. CD* (*in fine v.*) *FZ* hic ignoto *Camerarius cum Bb* (*post quam vocem distinxit* 𝔖). hic noto *BaCD.* hic^ig^ noto *Bb.* ignoto *FZ* inſcienſ *BbCDFZ.* inſienſ *Ba* (*) 496. ANTIBIM———— *A* malã, ã *ex* ũ, *C* dari? *B.* dari. *C.* daré. *D.* dari (*cum* Poſtea? *constructum*) *FZ* 497. PE. Pol eam quidem modo (*vel* hodie) 𝔖: *atque* POLEAMQU———— *apparere in A visum est.* PE Poſt eam quidem edepol *B.* Poſt eã (*in ras. ex* quã) quidẽ aedepol *C.* Poſt eã quid (q *ex* c *ut vid.*) ẽ edepol *D.* Poſtea? PE. quid eſt edepol *FZ* intellogo *C ante corr.* intelligo *Z* (*) 498. RESPONDEADULESCENSQUAESOQ———— *A* adoleſcenſ *CDFZ*

PENICVLVS

Etiám derides, nómen quasi non nóueris?

MENAECHMVS

Non édepol ego te, quód sciam, umquam ante húnc diem 500
Vidí neque noui: uérum certo, quísquis es,
Eas, si aéquom facias, míhi odiosus né sies.

PENICVLVS

Non mé nouisti?

MENAECHMVS

Nón negem, si nóuerim.

PENICVLVS

Menaéchme, uigila.

MENAECHMVS

Vígilo hercle equidem, quód sciam.

PENICVLVS

Tuóm parasitum nón nouisti?

MENAECHMVS

Nón tibi 505
Sanúmst, adulescens, sínciput, ut intéllego.

---

queſo *BD* quid *BbDFZ.* qui *BaC* nomen tibist *cum Weisio Fleckeisenus.* tibi nomenſt *Ba.* tibi nomen ſit *B man. rec. cum CD FZ* (*) 499. ETIAMDERIDESQUASINOMENNONNOUERIS *A cum ceteris: trai.* ℜ (*) 500. NONEDEPOLEGOTEQUADSCIA********TEKUNCDIẽ *A* aedepol *C* qd̃ *C.* quod *BDFZ* unquã *D* Nite *ex* ante, *ut vid., Da* (Ni te *Dc*) 501. UIDINEQ·GNOUIUERUMCERTOQUISQ—— *A, ubi* noui *ceteri,* orto *CDa* (certo *etiam B*). orto[r] *Db.* hortor *FZ* (*) 502. Eas, si aequom 𝔖. Si aequom *B.* ſiequũ *CZ.* ſiequum *DF: in A primae litterae vix* SI *fuerunt, praeterea nil nisi* D *in altera parte versus apparuit* fatiaſ *B* ſiæſ *D.* ſiaſ *FZ* (*) 503. —
——————UER—— *A* nonegẽ *Db* 504. ME——————
QUODSCIAM *A* Menaecme *B.* menechmae *C.* menech me *D* uigilia *B,* uigida *C* ME.] M *Db* herole *C.* ercle *D* [e]quidem *Da.* quidem *FZ* 505. T—————— *A* Tuum *libri* paraſ//itum, ſ *ex* ſt, *C* tibi *BCD, codd. Pyladis. om. FZ* 506. ————
————INTELLE** *A* eſt *libri* adoleſcenſ *CDFZ* sinciput, ut *Camerarius.* ſinciput *libri, sed* iput *Bb in lit.* intelligo *Z* (*)

PENICVLVS

Respónde: surrupuístin uxorí tuae
Pallam ístanc hodie atque eám dedisti Erótio?

MENAECHMVS

Neque hércle ego uxorem hábeo, neque ego Erótio
Dedí nec pallam súrpui. satin sánus es? 510

PENICVLVS

Occísast haec res. nón ego te indutúm foras 512
Exíre uidi pállam?

MENAECHMVS

Vae capití tuo.
Omnís cinaedos ésse censes, tú quia's?
Tun méd indutum, fuísse pallam praédicas? 515

PENICVLVS

Ego hércle uero.

MENAECHMVS

Nón tu abis, quo dígnus es,
Aut té piari iúbe, homo uesaníssume?

---

512. *Nonius p. 449, 20 M.:* interfici et occidi et inanimalia posse ueteres uehementi auctoritate posuerunt. Plautus in Menaechmis 'occisa est haec res'

---

507. ——————N*X**ITUAE *A* ſurrupuiſtin *B ex ras. CD.* ſurrupuiſtiin *B ante ras.* ſubripuiſti *FZ* tuę, ę *ex* o, *C.* tue *D* 508—510. *nihil apparuit in A* 508. palã *Da,* l *suprascr. Db* atque eam *R, Bentleius.* atque *libri* (*) 509. M *Db* ercle *D. om. FZ* 510. taliam *Ba.* taliã *CDa* (pallã *suprascr. Dc*) surpui *Bothius.* ſurrupui *BCD.* ſubripui *FZ* satin *Thomas 'Rev. de l'instr. publ. en Belg.' XIX p. 260 sq.* PE Satin *BFZ.* Satin *D.* Satui *C* (*) 512. PE. *hoc loco pracm. Thomas* ————NONEGOTEINDUTUMFORAS *A* occiſa eſt *Nonius, Pius.* Occiſa ſi *Ba.* Occiſaſi. *Bb.* occiſa ſi *CDFZ* hec *BD* 513. EXIREUI————— *A* pallam *Lambinus.* palã *B.* palla? *reliqui* ME *suprascr. B* Ve *C DZ* 514. omſ *D.* omneſ *FZ* cinedoſ *Z.* cina (omniſcina) edoſ *Ba.* cynedoſ *CDF* eſſe *om. DFZ* ſenſeſ *Ba* tu quia es *Camerarius.* quia tueſ *BC.* quia tu eſ *DFZ: nihil apparuit in A* (*) 515. ——————PALLAMPRAEDICAS *A* tum *Z* med *Bothius.* me *libri* fuiſſe *B. om. reliqui, in fine v. cum spatio CD* pdicaſ *B* (*) 516. ——————NUSES *A* 517. ——————O****SANISSUME *A* uesanissume *S.* inſaniſſime *BCDFZ* (*)

PENICVLVS

Numquam édepol quisquam me éxorabit, quín tuae
Vxórei rem omnem iam, út siet gesta, éloquar.
Omnés in te istaec récident contuméliae. 520
Faxo haúd inultus prándium comédereis.

MENAECHMVS

Quid hoc ést negoti? sátine, ut quemque cónspicor,
Ita mé ludificant? séd concrepuit óstium.

ANCILLA. MENAECHMVS II

ANCILLA

Menaéchme, amare aít te multum Erótium,
Vt hóc una opera iám ad aurificem déferas, 525
Atque húc ut addas aúri pondo unam únciam
Iubeásque spinter nóuom reconcinnárier.

---

527. *Festus p. 333, 6 M. (suppletus ex Paulo):* Spinther uocabatur [armillae genus, quod mulie]res antiquae gere[re solebant brachio summo] sinistro. Plautus 'iu[beasque . . . .] reconcinnarier.' *Pris-*

---

518. ***Q*********QUISQUAMMEEXORABITQUINTU** *A* (EDEPOL *Ar*) nunquã *D* aedepol *C* quintue *D* 519. ***REIREM-***EM***********TAELOQUAR *A*, *ubi* uxori *ceteri* siet *Brixius.* ſit *BCDFZ* (*) 520. *M*****T***TAECRECIDENTCONTUMELIAE *A* MEN. *praemittit F* Omſ *BCD* iſtec *D* 521. FAXOKAUDINULTUSPRANDIUMCOMEDEREIS *A*, *ubi* [h]aut *C*, inultum *BF*, *Scutarius.* multum *CDZ*, comederiſ *BCDFZ* 522. QUID***EST———— *A* negoti *CD.* negotii *B.* negocii *FZ* ſatine ut quemquem *B* (*)

523. hoſtium *DFZ* Ancilla maenechm̀ idem *addit B*, ANCILLA. ADOLESCENS *D*

Act. III Sc. 3 ANCILLA. ADOLESCENS *B: cf. ad v. 523.* Menęchinuſ adoleſcenſ *FZ. unius versus spatium A* (*in quo v. 523—524 nihil apparuit*) *itemque C* (*non D*) 524. A M (*sic*) *praemittit Db* (M, *ut vid., rubricatoris gratia*) Menech me *D* (M *rubr.*). enaedime *c. sp. init. C* (*) 525. UTKO———— *A* iam ad *R.* ad *libri* (*) 526. ATQ———— *A* huc *R.* hunc *Ba.* nunc *BbCDFZ, sed* tq; nunc *C in ras., er.* (A)d aurific, *ut vid.* unam unciam *R.* unciam *BbCDFZ.* untiam *Ba* (*) 527. IUBEASQ·ṢPĮ———— *A* Iubeaſ q; *B*, ; *in parva ras.* iubeaſ *Priscianus* ſpinter *BZ, Priscianus, Paulus.* ſpinther *CDF, Festus* nouom *B.* nouum *CDFZ, Priscianus*

MENAECHMVS

Et istúc et aliud, sí quid curarí uolet,
Me cúraturum dícito, quicquíd uolet.

ANCILLA

Scin, quíd hoc sit spinter?

MENAECHMVS

Néscio, nisi aúreum. 530

ANCILLA

Hoc ést, quod olim clánculum ex armário
Te súrrupuisse aiébas uxorí tuae.

MENAECHMVS

Numquam hércle factumst.

ANCILLA

Nón meministi, te óbsecro?
Redde ígitur spinter, sí non meministí.

MENAECHMVS

Mane.
Immo équidem memini: némpe hoc est quod illí dedei. 535

---

cianus inst. V 15 p. 151, 8 H.: iter quoque uel itiner uetuste neutri sunt generis et spinter, quod *ἀκροχέριον* aut fibulam in umeris aut armillam significat. Plautus in Menaechmis 'iubeas . . . . reconcinnarier'

---

528. ETISTUCET———— *A* M, *ut vid., suprascr. Dc* iſtuc *F, Bothius cum A.* iſtud *BCDZ* ſiquid *B* uolei *C.* uoleſ *Ba* 529. MECURATURUMDICITOQUIC ———— *A* 530. SCINQUIDKOCSITSPIN———— *A, ubi* quod *reliqui* ſpinther *CF* ſpintherne ſcio *D* (ne *separ. Db*). ſpinterne ſcio *Ba.* ſpinter·M neſcio *Bb* (*) 531. KOCESTQUODOLIMCLANCULUMEX———— *A* quo dolim *Ba* 532. T*S*RR*****SEAIEBAS———— *A* ſubrupuiſſe *Z.* ſubripuiſſe *F* aiebaſ *Bb cum A* (*et priscis exempl. Pii*). mebaſ (ſurrupuiſſemebaſ) *BaCDa.* timebaſ *DbFZ* tue *D* 533. NUMQ———ECRO *A* herde *C* eſt *libri* te *R. om. libri* (*) 534. REDDEIGITUR————MANE *A* Rede *B* ſpint̃ *BZ.* ſpinther *CD. om. F* ſi nomine miniſti *CD ante corr.* (*) 535. IMMOEQUIDEM————LLIDEDEI *A* quidem *F* dedi *BCDFZ*

ANCILLA

Istúc.

MENAECHMVS

Vbi illae armillaé sunt, quas uná dedei?

ANCILLA

Numquám dedisti.

MENAECHMVS

Nám pol occultó dedei. 537

ANCILLA

Dicám curare?

MENAECHMVS

Dícito: curábitur. 539

Et pálla et spinter fáxo referantúr simul.

ANCILLA

Amábo, mei Menaéchme, inauris dá mihi,
Faciúnda pondo duóm nummum stalágmia:
Vt té lubenter uídeam, quom ad nos uéneris.

MENAECHMVS

Fiát. cedo aurum: ego póst manupretiúm dabo.

---

536. **TU————————————QUASUNADED— *A* (*extrema ex parte in fragmento huc pertinente*) AN. Istuc. ME. *Lambinus.* Istuc *libri* illae *Bb.* iclae *BaC.* erclae, *ubi* er *suprascr. Db,* a *del. Dc.* hercle *FZ* uni a *C* dedi *BbFZ.* dedit *BaCD* (*) 537. M. *praemittit Db* *In A pro duobus v.* 537. 539 *unus est, in quo nihil apparuit: sed probabile est v.* 537 *intercidisse* occulto ℭ. hoc una *BCD.* una *FZ* dedi *BCD.* die dedi *F.* dedi die *Z* (*) 539. *Cf. ad v. 537* AN. Dicam curare? ME. *Camerarius.* Dicam curare *BCD.* AN. accurare dicit ME. (PE. *Z*) *FZ* dicito. curabitur. *Bb.* dicit occurabitur *BaCD, nisi quod* occurrabitur *C ante ras.* Accurabitur *FZ* (*) 540. ****LAETSPINTERFAXOREFERATUR——— *A* A *praemittit Db* Et *BC cum Ar.* hec *D.* hęc *Z.* Nec *F* ſpinther *CDF* faxo referantur *BDFZ.* faxore ferantur *C* (*) 541. AMABOMEIMENAECHMEINAURIS*****I *A* mi *BCD. om. FZ* amabomime naethme. *C* mime nechme *D, ubi* mi *separ. Db,* men *copul. Dc* in aureſ *F* 542. ————————MU***AL*G——— *A* Faciunda *Pylades.* Faciundaſ *F.* Fatiendaſ *BC.* Faciendaſ *DZ* duum *libri* nummũ *ex* nummi *Db* stalagmia *Pylades cum A.* ſtatagmia *BC, sed* i *exp. Bb,* a *ult. in ras. 2 litt. C.* ſtatacmia '*codd. ant.*' *Pyladis.* ſta////tacmia (nummũſta) *D* (*er.* i, *ut vid.*). ſtatamia *F.* ſpathalia *Z* (*) 543. ————————————IS *A* libenter *BCDZ* quom *FZ.* quõ *B, sed* õ *e corr. Bb.* quã *CD* 544 *sqq.* ME Fiat . . . . ANC da ſodeſ abſte *et* Poſt . . . . . duplex *duobus versibus discr. B* 544. ————————EGO*****RETIUMDABO post ℭ. *om. libri* manu

ANCILLA

Da sódes aps ted: égo post reddideró tibi. 545

MENAECHMVS

Immó cedo aps ted: égo post tibi reddám duplex.

ANCILLA

Non hábeo.

MENAECHMVS

At tu, quándo habebis, túm dato.

ANCILLA

Numquíd uis?

MENAECHMVS

Haec me cúraturum dícito, —
Vt, quántum possint, quíque liceant, uéneant.
Iamne ábiit intro? ábiit, operuít foris. 550
Di mé quidem omnes ádiuuant, augént, amant.
Sed quíd ego cesso, dúm datur mi occásio

---

547. *Charisius inst. gr. I p. 111, 23 K.:* Quando particulam pro cum ponere Formianos et Fundanos ait Varro: faciunt nec sine exemplo, nam Plautus in Menaechmis ita ait 'non . . . . dato'. uitium tamen esse non dubium est: *ubi ante* faciunt, nec *Keilius inserit* sed et alii (formianus et fundanius ait ut uarro *habet Neap.*)

---

pretium *C.* manu p̄tiū *Ba* (*copul. Bb*). manu p̄cium *D.* manu precium *F.* manu priuſ *Z* (*) *Inter v.* 544 *et* 551 *nihil apparuit in A, sed quinque tantum sunt versus, ut unus* (*fortasse ab similem exitum* dato: dicito) *interciderit* 545. hoſpeſ *pro* ſodeſ *Z* (*corr. Pylades ex codd.*) aps ted: ego ℛ *duce Spengelio praeeunte* post ego *Pylade.* apſte *C.* abſte *BDF.* a te *Z* p̓ *D* (*) 546. ME. *om. B sine spatio* Imo *Da* (*corr. Db*) apſ ted: ego ℛ. abſte ego *BD.* apſte ego *C.* abſ te. AN. ego *FZ* (*pers. del. Weisius*) dupelex *B.* duplex daturum dicito *F* 547. ME Non habeo A *BFZ: corr.* ℛ *post Weisium* ad *B ante ras. C* atu *Charisius* dum *D* dabiſ (*del.* biſ) *Charisius* dato Daturum dicito *Z* (*) 548. ANC. *Weisius. om. B.* ME. *FZ* uis *Acidalius.* me uiſ *libri, sed er.* i *ante* meuiſ *C* hec *D* curaturū dioto *C.* cura *FZ: cf. ad v. 546 sq.* (*) 549. poſſint *BC.* poſſent *D.* poſſit *FZ* quique liceant *BCD.* quāque liceat *FZ* ueneant *B.* ueniant *CDFZ* (*) 550. ME. *praemittunt FZ* intro habiit *B ante ras. CD* operuit *BCD, Scutarius.* obtrudit *Z* foreſ *libri* (*) 551. ——————— VGENTAMANT *A* Dii *FZ* quidem *Bothius.* equidem *libri* omſ *BD* 552. ——————— URMIKIOCCASIO *A,* mihi *cum reliquis* oeſ ſo *D*

Tempúsque, abire ab hís locis lenónieis?
Properá, Menaechme: fér pedem, confér gradum.
Demam hánc coronam atque ábiciam ad laeuám manum: 555
Vt, sí sequentur me, hác abiisse cénseant.
Ibo ét conueniam séruom, si poteró, meum,
Vt haéc, quae bona dant dí mihi, ex me iám sciat.

MATRONA. PENICVLVS

MATRONA

Egone híc me patiar ésse in matrimónio,
Vbi uír conpilet clánculum, quicquíd domist, 560
Atque íd ad amicam déferat?

---

554 *sq. Nonius p. 519, 26 M.:* censere et arbitrari ueteres cognatione quadam socia ac similia uerba esse uoluerunt . . . . Plautus . . . idem in Menaechmis 'demam . . . . censeant': *cf. Reblinius p. 89 sq., Caesar p. 53. 56. 72*

---

553. ——————— ABKISLOCISLENONIEIS *A* Tempuſque *BC* adire *Z* (*corr. Pius ex 'codd. ant.'*) iiſ *F* lenoniiſ *FZ.* lenoniſ *Ba CD.* lenoni·ſ *Bb* 554 *sq. Nihil apparuit in A* 554. A (*del. antea* M) *praemittit Db* menechme *BD* (*) 555. hanc *Nonius. om. libri* abiiciam *FZ* leuam *libri cum Nonio* 556. U——————— ——————BII*SECENSEANT *A* ſi ſequentur *Nonius* (ſi *om. Bamb.*). ſi qui ſequatur *BCD, sed* ſequi *Ba,* ſi quiſ *C ante ras.* ſi qui ſequantur *FZ* me hac *Nonius.* hac me *BbDcFZ.* hec me *BaDa.* haec me *C* abiiſſe *BDFZ cum A.* habiiſſe *C.* abiſſe (habiſſe *G*) *Nonius* (*)

557. ——————— MSIPOTEROMEUM *A* mum *Ba* (*)

558. ——————— I*I**MESCIAT *A* Š, *ut vid., er. in marg. D* hec que *BD* di *BCD ex ras. Z.* dic *D ante ras.* dii *F* mihi ex me iam *Bentleius in Ter. Heaut. II 3, 104.* mihi ex me *libri cum A, ut vid.* ſciat peniculuſ *B* (peniculuſ *erasum*) *et C.* ſciat peniculiſ *D* (*)

Act. IV Sc. 1 MVLIER PARASIT'· *B.* MVLIER PARASITVS PENIICVLVS *D.* Mulier. Peniculuſ. Paraſituſ *FZ. unius v. spat. AC.* MATRONA *ex inscriptione act. V sc. 1 ascivit R. Eundem actum continuandum esse Ribbeckius intellexit 'Gesch. d. R. D.' p. 21* 559. EGO——————— *A* M *praemittit Db* me patiar esse in *Camerarius.* mepaciar in *Bb.* medaciar in *BaCDa.* medacier in *Db.* mendiciar in *FZ* (*) 560. UBIUIRCONPILETCLANCULUMQUIDQUIDDOMIST *A* uir . . . pilet *Ba.* uir . cō pilet *Bb.* uir compilet *CDFZ* domi eſt *libri praeter A* 561. ATQ·IDADAMICAMD——————#QUIN ——— *A, ubi fortasse* degerat *potius locum habuisse ex incerta valde*

PENICVLVS

Quin tú taces?
Manufésto faxo iam ópprimes: sequere hác modo.
Pallam ád phrygionem cúm corona adeo ébrius
Ferébat, hodie tíbi quam surrupuít domo.
Sed eccám coronam, quám habuit. num méntior? 565
Em hac ábiit, si uis pérsequi uestígiis.
Atque édepol eccum ipse óptume reuórtitur,
Sed pállam non fert.

MATRONA

Quíd ego nunc cum illóc agam?

PENICVLVS

Idém quod semper: mále habeas.

MATRONA

Sic cénseo.

PENICVLVS

Huc cóncedamus: éx insidiis aúcupa. 570

---

570. *Nonius p. 467, 11 M.:* aucupaui actiuum positum pro passiuo . . . Plautus . . . idem Menaechmis 'ut concedamus . . . aucupa'

G *litterae lineola Loewius adnotabat* P *praemittit Db* Atque id ad *Camerarius cum A.* Atq . . ad *Ba.* Atq; . ad *c. ras. Bb.* Atque ad *C DFZ* (*) 562. MANUFESTOFAXO——————— *A* Manifesto *BFZ* obprimes *D* ac *Ba.* ac *Bb* 563. PALLAMADFRYGION——————— *A* phydrionẽ *B.* fridionẽ *C et,* o *ex* d *rasura, D* corona adeo ebrius *S.* corona ebrius *B.* coronã *CD.* corona *FZ* (*) 564. FEREBATKODIETIBIQUAMS——————— *A* surripuit *F.* subripuit *Z* domo *ex* homo *CaDa* 565. SEDECCAMCORONA——————— *A* (*) 566. EMKAÇABIITSIUIS——————— *A* Em hac abiit si *etiam B.* heen hac abiit Si *CD, sed* abiit *ex* habuit *Dc.* MVL. hem hanc habuit? PE. si *FZ* 567. ATQ·EDEPOLECCUMOPT——————— *A* aedepol *C* ipse *Muellerus Pros. p. 498. om. libri cum A* obtume *D.* optime *B* (*) 568. SEDPALLAMNONFERT#QUID——— *A* illo *B* 569. IDEMQUODSE** ***ALEKABEAS#——————— *A* habeat *Bb* MV *om. B* 570. KUCCONCEDAMUSEXINSIDIIS***UP* *A* PE *om. B* ut (*non* huc) concedamus (conconcedamus *Bamb.*) *Nonius* concedam *F* accupi *Z*

Post aucupa *erasum* menęchm idẽ *in B*

MENAECHMVS I. MATRONA. PENICVLVS

MENAECHMVS

Vt hóc utimúr maxumé more móro 571
moléstoque múltum atque utí, quique súnt
optumí, maxumé morem habént hunc:
cluéntis sibi ómnes uolúnt esse múltos: 573
boníne an malí sint, id haúd quaeritánt:
res magís quaeritúr quam cluéntum fidés quoiusmodí
clueat: 575

Act. IV Sc. 2 MENECHM' MVLIER. PARASITVS *B.* MENECHMVS ADOLESCENS · DV · *D.* Menechinuſ. Mulier. Peniculuſ *F.* Menęchiñ adoleſ. Mulier uxor. Peĩcul Paraſit *Z. unius v. spat. AC* 571—577. *Sic A:*

UTKOCUTIMURMAXIMEMORE————
MOLESTO*Q·MULTOATQ·UTIQUIQ·———
OPT————AXIMI————————
CLIENTESSIBIOMNESUOLUNTESSEMULTOS
BONINEANMALISINTIDKAUDQ————
RESMAGISQUAERITURQUAMC————FIDES
CUIUSMODICL————
SIESPAUPERATQ·KAUDMALUSNEQUAMKAB———
————————S——I—L———FRUGIKABETUR

sic autem B:

Vt hoc utiñ maxime more morum
Moleſto q///// multũ. atq' uti quiq' ſunt
Optumi maxumi. morem habent hunc.
Clientiſ ſibi om̃ſ uolunt ẽẽ multoſ.
Bonine an mali ſint id haud queritant.
Reſ magiſ queriť quam clientiũ fideſ cuiuſmodi ducat
Si ẽ pauꝑ atq' haud maluſ. nequã habetur.
Sin diueſ maluſ eſtiſ clienſ frugi habetur.

ubi v. 571 *sq.* t hoc *c. sp. init. Da.* At hoc *D rubr. FZ.* et hec *c. sp. init. C* utimur *C.* ut unur *D.* utuntur *FZ.* uiuitur *codd. Pyladis* maxume *F* moro *Lipsius Ant. lect. II 13.* morũ *etiam CD FZ* Moleſtoque multum *CDFZ.* Moleſto qui multũ *B fortasse ante ras.* (Moleſtoq; *Bb*). MOLESTOSQ·MULTO *A, ut vid.* obtumi *D.* OPTUMEI *A, ut vid.* maxume *Lomanus p. 51.* maxumi *BCFZ.* maxȉmi *D.* MAXIMI *A, ut vid.* (*) 573. CLIENTES *A.* clientiſ *etiam CDFZ* uolunt omneſ *F* 574. an mali *ras. ex* animali *D* queritant *etiam D* (*non C*) 575. queriť *D.* quaeriť *C* clientum *CDFZ cum A, ut vid.* cuiuſ modi *vel* cuiuſmodi *libri* clueat *C.* cluat *Z.* oleat *D* (v *del. Dc*). oluat *F* (*)

síst pauper átque haud malús nequam habétur,
sin díues malúst, is cluéns frugi habétur.
Quí neque legés neque aequóm bonum usquám colunt,
Sóllicitos patrónós habent: datúm
Dénegant, quód datumst, lítium pléni:
Rapáces, uirí fraudulénti * *,
Qui aut faénore aut periúriis
Habént rem parátam: mens ést in querélis.
Iurís ubi dicitúr dies, simúl patronis dícitur.
[Quippe qui pro illis loquantur, quae male fecerint:]
[Aut ad populum aut in iure aut ad iudicem res est.]

---

576. Si eſt *etiam CDFZ.* SIES, *ut vid., A* (*) 577. *Ante* S *in A* Seindiuesmalu *spatium explet, post* S est(i)sc(l)iens eſt iſ clienſ *BbCDFZ* 578—585. *Sic A* (*ubi v.* 578 *litteras* INEQ·LE *inveni in lacinia huc, ut vid., pertinente, spatium vero ante* SQUAM *minus est, quam quod* quineq.legesneq.aequmbonumu *capiat, ut fortasse* bonum *defuerit; v.* 584 *autem* NQUOL *apparuit Ritschelio,* NQ *tantum Loewio):*

**INEQ·LE——————————SQUAMCOLUNTSOLLICITOSPA
——————KAB**T
——————————TUMESTLITIUMPLEN***PACES
————————LEN————
Q————————————————K***NTREMPARATAM
————ESTINQUERELI*
————————————MULPATRONISDICITUR

sic autem B:

Qui neq' legeſ neq' aequum bonum uſquam colunt·
Sollicitoſ patronoſ habent
Datum denegant quod datum ẽ. litium pleni. rapaceſ. uirifraudulenti
Quia ut fenoreą aut piuriiſ habent rem paratã menſę inquo /// re
Liſ uiriſ ubi diciť. dieſ ſimul patroniſ diciť.

ubi v. 578 equum *D* uſque *FZ* *v.* 579 ſolicitoſ *F* *v.* 581 luxantur *suppl.* 𝔖 *duce A, in quo sub finem versus* UX *inter alia litt. vestigia pellucebat* *v.* 583 Qui aut *Bb.* quiaut *C* fenore aut *Bb.* foenore aut *CDcFZ.* foenore haud *Da* *v.* 584 menſ eſt in queliſ *FZ, fortasse cum A.* menſę inquoi (i *in lit.*) rẽ Liſ *Bb.* menſae inquo ire liſ *C et, nisi quod* menſe, *D* *v.* 585 iuriſ *DFZ.* uiriſ *etiam C* (*) 586 *sq. Sic A:*

QU————————Q————QUAEMALEFECERINT
AUTADPOPULUMAUTINIUREAUTAPUDAEDILEMRESEST

sic autem B:

Quippe qui pilliſ loqua . . que male fecerint.
Aut adpopulũ aut iniure aut adiudicẽ reſ ẽ.

ubi v. 586 loquant̃ *BbC.* loquitur *F.* LOQUNTUR *A, ut vid. ex spatio inter* Q——Q quę male *Bb.* quemale *D* fecerunt *D* *Priorem versum interpreti tribuit Hermannus, alterum Vssingius* (*)

Sicút me hodie nimis sóllicitum cluens quídam habuit neque
quód uolui
Agere haú quiquam licitúmst: ita med attínuit, ita detínuit.
Ápud aediles pro éius factis plúrumisque péssumisque 590
Deíxei causam: cóndiciones tétuli tortas, cómfragosas.
Aút plus aut minús quám opus fuerát 592
Dícto dixerám, cóntrouorsiám
Vt * * * * * * sponsió 593
Fíeret: quid ille? quíd? — mé praedem dedít.
Néc magis manuféstum ego hominem úmquam ullum tenéri
——————— uidi: 594

588. SICUTMEKODIENIMISSOLLICITUMCLIENSQUIDAMKABUIT ‖ NEQ·QUODUOLUI *A, itemque reliqui, nisi quod* ſiĉ *C.* ſiout *D,* miniſ *B.* Miniſ *CD,* ſolicitum *F.* ſollicituſ *Z,* quidem *F,* quid uoluit *Z* (*) 589. *Sic* 𝔖, *ubi A:* AGEREAUQ——QUAMLICITUMESTITAMEATTINUITITADETINUIT: *ubi de* AUQUI *a* ℜ *notato dubitans dubitanter* MEQUEI *exstare posse Loewius adnotabat, B autem:* Agere quicum licitũ ẽ. ita me attinuit ita denuit (*ubi* ta *ante* denuit *in litura scr. et* ti *suprascr. Bb*) *itemque reliqui, nisi quod* adtinuit *DF,* ita me detinuit *CDFZ* (*) 590 *sq. Sic A:*

APUTAEDILESPROEIUSFACTISPLURUMISQ·PESSUMISQUE
DEIXEICAUSAMCONDICIONESDETULITORTASCOMFRAGOSAS

sic autem B:

Apud aedileſ proeliiſ factiſ plurimiſq· peſſimiſ qui dixi cauſã.
conditioneſ tetuli tortaſ. confragoſaſ.

itemque ceteri, nisi quod pro eiuſ *Bb* (*Camerarius*) *cum A,* plurumiſ peſſumiſq; *CD.* plurimiſ peſſimiſque *F.* plurimiſ peſſumiſ *Z* condicioneſ *CF cum A.* conditio neſ *D.* conditione *Z* detuli *Bb cum A* (*) 592 *sq. Sic locum constituit* 𝔖 (ille? quid? praedem *Camerario praeeunte, ubi* me *add. duce Bekkero Icto*) *cum lacuna tertii versiculi ad hoc exemplum explenda:*

Vt ⟨procrastinarem aut ut⟩ sponsio,

ubi A habet:

AUTPIUSAUTMINUSQUAOPUSFUERATDICTODIXERAMCO˜
TROUERSIAMUT
SPONSIOFIERETQUIDILLEQUIPRAEDEMDEDIT

B autem:

Aut pluſ aut minuſquã op̃ erat multo dixerã controuerſiam.
Vt ſponſio fier& Pe quid ille qui p̃dã dedit?

itemque reliqui, nisi quod minuſ opuſ quam *Z* Aut ſponſio *Da* (*corr. rubr.*) fieret quid ille qui *CD.* fieret quid ille *FZ* praedem *Camerarius cum A.* p̃dã *B, sed* ã *e corr. Bb, itemque D.* praedã *C.* predam *FZ* (*) 594. NECMAGISMANIFESTUMEGOKOMINEMUMQUAMULLUM *A in fine pag.,* UA *per ligat.* neg magiſ *Da.* neg° magiſ *Dc* manifeſtũ *BZ* unquã *D itemque rasura ex* umquã *C* (*)

Ómnibus male fáctis testes trés aderant acérrumi.
Di illum ómnes perdant, íta mihi 596
Hunc hódie corrumpít diem:
Meque ádeo, qui hodié forum 597
Vmquam óculis inspexí meis.
Diém iam corrupi óptumum: 598
Iussi ádparari prándium:
Amíca expectat mé, scio.
Vbi prímum licitumst, ílico 599
Properáui abire dé foro.
Irátast credo núnc mihi: 600
Placábit palla quám dedi,
Quam cómmode uxori ábstuli 601
Atque huíc degessi Erótio.

PENICVLVS

Quid aís?

MATRONA

Viro me malo mále nuptam.

PENICVLVS

Satin, aúdis quae illic lóquitur? 602

MATRONA

Satis.

---

595. acerrumi *D.* acerrummi *C.* acerrimi *F* 596—600. *Dimetros discripsit Geppertus, quos sic exhibet B:*
Di illũ omſ pdant. ita mihi hunc hodie corrumpit diem.
Meq' adeo qui odie forũ umquã oculiſ inspeximeiſ.
Diem corrupi. optimũ iuſſi adparari prandiũ.
Amica exſpectat me ſcio. ubi pmũ ẽ licitũ. ilico
Pperaui abire deforo. irata ẽ credo nunc mihi.
Placabit palla quã dedi quam uxori abſtuli. atq' huic detuli erotio.
ubi v. 596 Dii *F* corrumpit *BaCD.* corrupit *BbFZ* *v.* 597 qui-odie *BaCD.* qui hodie *FZ* inſpexi meiſ *BbFZ.* inſpexim . . *Ba.* inſpeximuſ *D.* inſpicimuſ *C* *v.* 598 diem iam ℭ. diem *libri* optimum *BCZ.* optumum *F.* hoptintũ *D, sed* p *ex* n *Da,* m *ex* nt *Db,* h *del. Dc* apparari *FZ* expectat *CDFZ* *v.* 599 licitum eſt *Guietus.* eſt licitum *libri* illico *Z* *v.* 600 irataſt *CD.* irata eſt *FZ* placabit *B, Beroaldus.* Placebit *CDFZ* (*) 601. quam commode ℭ. quam hodie *CDFZ.* quam *B* degessi ℭ. detuli *libri* (*) 602. aiſ *in ras.* (*er.* agiſ) *C* ſatin *BbFZ.* ſtatin *BaD.* ſtatet *C* que *BCD* 603. ſatiſſiſ apiam *C*

MENAECHMVS

Sí sapiam, hinc intro ábeam, ubi mihi bene sít.

PENICVLVS

Mane: male erit pótius.

MATRONA

Né illam ecastor faénerato mi ábstulisti.

PENICVLVS

Síc datur.

MATRONA

Clánculum te istaéc flagitia fácere censebás pote? 605

MENAECHMVS

Quíd illuc est, uxór, negoti?

MATRONA

Mén rogas?

MENAECHMVS

Vin húnc rogem?

MATRONA

Aúfer hinc palpátiones.

PENICVLVS

Pérge tu.

MENAECHMVS

Quid tú mihi

Trístis es?

MATRONA

Te scíre oportet.

---

abeam *B ex ras. F.* habeam *B ante ras. CDZ* P mane male erit *B.* mane. male erit *D.* male erit *C.* Mv. mane malerit *F.* Mv. male male erit *Z* (*) 604. ecastor faenerato mi *Fleckeisenus Exerc. p. 78.* me caſtor fenerato *BCD.* ecaſtor fenerato *F.* mecaſtor foenerator *Z* abſtuli *F* PE. *Gruterus. om. libri* (*) 605. MA. *praem. Gruterus* (*continuant libri*) te iſta ec *D* (*copul. Dc*). te iſta et *C* tenſebaſ *CDa* (*corr. Db*) pote (*vel* potis) *Lindemannus in Iahni Annal. phil. XIX p. 162.* poteſ ſe *BCD.* poteſſe *FZ* (*) 606. illic *Z* uxor eſt *F* negotii *BCDF.* negocii *Z* 607. Mv Aufer *B.* Aufir *CDa.* PE. Aufer *DbFZ* PE. *Langenus Philol. XXXIII p. 711.* ME. *FZ. om. B* pg& tu *D.* perget tu *C* ME *B. om. FZ* (*) 608. Triſtiſ eſ Mv te ſcire *B, sed* Triſtiſ eſ *add. Bb.* Triſ eſte ſcire *CD.* Triſtiſ eſ ſcire *FZ* opor& *B m. cad.* ſcit *BbFZ.* ſit *B*

PENICVLVS

Scít, sed díssimulát malus.

(MENAECHMVS

Quíd negotist?

MATRONA

Pállam —

MENAECHMVS

Pallam?

MATRONA

Quídam pallam — quíd paues?

MENAECHMVS

Níl equidem paueó — nisi unum: pálla pallorem íncutit. 610

PENICVLVS

At tu, ni clam mé comesses prándium, — perge ín uirum.

MENAECHMVS

Nón taces?

PENICVLVS

Non hércle uero táceo. nutat né loquar.

MENAECHMVS

Nón hercle ego quidem úsquam quicquam núto neque nictó tibi.

CDa. ſic *Dc* ſediſſimulat *B.* ſe diſſimulat *Dc.* ſediſ ſimulat *Da.* ſediſ ſimula *C* *Versus* 609—626, *quae cum versibus* 640—645 (Quid negotist? . . . . . palla surruptast mihi [tibi]?) *dittographiam versuum* 606—608. 627—639 (Quid illuc est, uxor, negoti? . . . . . palla surruptast mihi [tibi]?) *efficiant, secl.* 𝔖 609. negotii ſt *CDc.* negotii eſt *BFZ.* ⁿego tuſit *D,* ⁿ *Db,* i *erasa, cum iam Da, ut vid., expunxerit* Mv. pallam. Me. pallam? Mv. *Gruterus.* Mv. pallam. Me. pallam *FZ.* Mv pallã pallã *B.* pallam pallam *CD* quidã pallã. quid *B* (*non* Pe. quid). quidam pallam quid *CD.* quid Mv. pallam. quid *F et* (*nisi quod* Vx.) *Z* (*) 610. Nihil *libri* paueo *BbD ex corr. Z.* paulo *BaCD ante corr.* palleo *F* 611. At tu, ni clam me 𝔖 (*cum apodoseos aposiopesi*). At tu ne clam me *Bb.* At tu nec iam me *BaC.* Aut tunectiã me *D.* Aut tu ne etiam me *FZ* comeſ ſeſ *D, alt.* e *ex* c *vel* o *Db.* commeſſeſ *F* (*) 612. ercle *BCD* nutrat *C* neloquar *BC* 613. ercle *BCD* qui dem quam *Ba.* quidemuſ quã *CDa: corr. BbDb* neque rapto tibi *FZ* *Sequitur in libris post hunc versum* (Non . . . . tibi), *quem ante v. 620* (Num . . . . tibi) *cum Kiesslingio Anal. Pl. II p. VIII trai.* 𝔖 (Ne . . . . expedi)

PENICVLVS

Níhil hoc confidéntiust, qui, quaé uides, ea pérnegat.

MENAECHMVS

Pér Iouem deosque ómnis adiuro, úxor, — satin hoc ést tibi? — 615
Mé isti non nutásse.

PENICVLVS

Credit iám tibi de isto: illúc redi.

MENAECHMVS

Quó ego redeam?

PENICVLVS

Ad phrýgionem equidem cénseo: ei pallám refer.

MENAECHMVS

Quaé istaec pallast?

PENICVLVS

Táceo iam, quando haéc rem non meminít suam.

MATRONA

Né ego ecastor múlier misera.

MENAECHMVS

Quíd tu misera's? mi éxpedi.

---

614. confidentiust *R.* confidentiuſ *libri* qui q^{vę} uideſ *Bb.* quinq^{ꝫ} uideſ *BaCD.* qui quod uidet *FZ* 615. deoſ que *D* omiſ *CDF Z.* omſ *B* ſtatin *D, sed* t *er.,* ſ *et del. et suprascr. aDb* 616. Me iſti non *codd. Pyladis.* Mei ſi non *B.* Mei ſunon *C.* Meiſi inon *D.* Me ſibi non *FZ* nutasse. PE. credit iam *Camerarius.* nutaſſe credit iam *BCD, sed* nutaſ ſe *Da* (*corr. Dc*), crediſ *Db.* nutaſſe crediſ? MV. iam *FZ* isto *Bothius.* iſtiſ *libri* illuc credi *B.* illu credi *Da* (*corr. Dc*). illucredi *C* (*) 617. ego redeam *BbDcFZ.* egredeam *BaC Da* PE *B.* MV. *F.* VX. *Z* ad phrygionem equidem *Muellerus Pros. p. 630.* equidem ad phrygionem *libri, nisi quod* ad phyygionem *BC.* a phrygione *FZ* i *Gruterus.* et *BFZ.* & *CD* (*) 613. Que *D* iſta et *C* palla eſt *vel* ẽ *libri* PE. *Schmiederus.* MV. *FZ. om. B* hec rem *BC.* ecrẽ *Da.* nec rem *DbFZ* non meminit *BbDc.* non memini *BaC.* memini *Da.* ñ memini *Db.* commeminit *F Z* (*) 619. *Cf. ad v.* 613 ecaſtor *BF.* egaſtor *CD.* mecaſtor *Z* quid *Pareus.* qui *libri* miſera eſ *BbF.* miſer eſ *Z.* miſereſ *Ba CD* mihi *libri*

Númquis seruorúm deliquit? num áncillae aut serueí tibi 620
Résponsant? elóquere: inpune nón erit.

MATRONA

Nugás agis.

MENAECHMVS

Trístis admodúmst. — non mihi istuc sátis placet —

MATRONA

Nugás agis.

MENAECHMVS

Cérte familiárium aliquoii írata's.

MATRONA

Nugás agis.

MENAECHMVS

Núm mihi's iráta saltem?

MATRONA

Núnc tu non nugás agis.

MENAECHMVS

Nón edepol delíqui quicquam.

MATRONA

Em, rúsum nunc nugás agis. 625

MENAECHMVS

Díc, mea uxor, quíd tibi aegrest?

---

620. ME *praem. FZ* Numquiſ, iſ *in lit. Bb* deliquid *Ba CD* ⊢aut *Bb* seruei *Gruterus.* ſeru& *BaCD.* ſeru& *Bb.* ſeruae *Z.* ſerue *F* 621. Responſant? eloquere *Camerarius.* Reſponſ ante loquere *CD* (r *inter* ante loquere *suprascr. Db itemque* r *adscr. in marg. v. 629*). Reſpondę ſ ant i ę loquere *Bb.* Reſponſa aut loquere *FZ* impune *FZ* (*) *In marg. huius v.* ħ ȣ *adscr. Da huc referens quos in ima marg. suppl. v. 622 sq.* 622. ME *B.* PE. *Z. om. F* admodum eſt *vel* ẽ *BaCDFZ.* admodum eſ *Bb, Pylades* *Sic distinxit* ℭ (*vulgo* est: non . . . placet.) non *BCD.* ME. *FZ* MV. *F.* VX. *Z. om. B* (*) 623. ME *om. B* Certe *BCDF.* Cęterum *Z* familiarium *BaC F.* famuliariũ *D ante ras.* familiarum *BbZ* aliquoii *Muellerus Pros. p. 556.* aliquoi *CD* (i *extrema a Dc superlita, non suppleta, ut vid.*). aliquo *B.* alicui *FZ* irata eſ *libri* (*) 624. mibi eſ *libri* irataſ altem *C* 625. *Hunc v. om. Z* em *BCDa* hem *DcF* rusum ℞. rurum *BaCDa.* rurſum *BbDbF* nunc] non *F* 626. ME. *FZ. om. B* eſt *vel* ẽ *libri* *Cf. ad v. 608 sq.*

PENICVLVS

Béllus blanditúr tibi.)

MENAECHMVS

Pótin ut mihi moléstus ne sis? núm te appello?

MATRONA

Aufér manum.

PENICVLVS

Síc datur. properáto apsente mé comesse prándium:
Póst ante aedis cúm corona mé derideto ébrius.

MENAECHMVS

Néque edepol ego prándi neque hodie húc intro tetulí pedem. 630

PENICVLVS

Tún negas?

MENAECHMVS

Nego hércle uero.

PENICVLVS

Níhil hoc homine audácius.
Nón ego te modo híc ante aedis cúm corona flórea
Vídi astare, quóm negabas míhi esse sanum síinciput,
Ét negabas mé nouisse, péregrinum aibas ésse te?

MENAECHMVS

Quín ut dudum déuorti abs te, rédeo nunc demúm domum. 635

---

627. Potim ut moleſtus *Z* ne] non *C* num *BCD.* non *Z.* PE. non *F* MV *B.* PE. *Z. om. F* (*) 628. PE *B. om. FZ* datur *BCD, codd. Pii.* dat *FZ* apſente *C.* abſente *BD ex ras. FZ.* abſentẽ *D ante ras.* comeſ ſe *CDa* (*copul. Dc*). commeſſe *F*

629. *Cf. ad v. 621* aediſ *omnes* (*item v. 632*) corona me derideto *Camerarius cum Bb.* coronam deri deto *Ba.* coronã ederi deto *CD* (ri *separ. Dbc*). corona hercle rideto *F.* corona hedere *Z* ebrius] huc intro tetuliſti pedem *Z* (*quae proximo v. redeunt*) 630. aedepol *F* te tuli *BaC.* de tuli *Bb.* retuli *F* 631. Tunc *D ante ras.* ercle *D* ħ *DZ. om. F* omine *Da* (*corr. Db*) audatiuſ *BCD* (*) 632. flora *BaD et* (*ex* flore) *C* 633. adſtare *F* quom *F.* qum *BCD.* cum *Z* (*) 634. perigrinum *Z* aibas *Bothius.* aiebaſ *BD ex ras. FZ.* alebaſ *BD ante ras. C* te *om. Z* 635. diuorti *BC.* diuerti *Z* adſte *CDa: corr. Db*

PENICVLVS

Nóui ego te. non míhi censebas ésse, qui te ulcíscerer:
Ómnia hercle uxóri dixi.

MENAECHMVS

Quíd dixisti?

PENICVLVS

Néscio.
Eámpse sis roga.

MENAECHMVS

Quíd hoc est, uxor? quídnam hic narrauít tibi?
Quíd id est? quid tacés? quin dicis quíd sit?

MATRONA

Quasi tu néscias.
Pálla mihist domó surrupta.

MENAECHMVS

Pálla surruptást mihi? 639b

(MATRONA

Mé rogas?

MENAECHMVS

Pol haúd rogem te, sí sciam.

PENICVLVS

O hominem malum: 640
Vt dissimulat. nón potes celáre: rem nouít probe:
Ómnia hercle ego édictaui.

MENAECHMVS

Quíd id est?

MATRONA

Quando níl pudet

---

636. ulcifcerer *BbDbZ*. uolcifcerer *BaCDa*. ulcifcier *F* (*) 637 ercle *D* 638. Eampse sis ☞ '*philol. Rundsch.*' *a. 1882 p. 724.* Eam pfuf ei *C*. Eampfuf ei *Da* (ipfuf *Db*). Eam pluf *Ba*. Eam ipfuf *BbFZ* quid nam *B* (*) 639b. *Cf. v. 645* mihi eft *BC*. m̄ ẽ *D*. eft mihi *FZ* furrepta *BCD*. fubrupta *F*. fubrepta *Z* pala *Da* furrepta eft *BCD*. fubrupta eft *F*. fubrepta eft *Z* mihi '*quidam*' *apud Lambinum improbante ipso*. tibi *libri* (*) 640. *Cf. ad v. 608* negaf *F* PE. o *FZ*. MV o *B*. ho *CD* 641. poteft *B*. poteft *F* nouit *Acidalius*. noui *libri* (*) 642. PE *praem. B* ercle *D* nihil *libri*

Néque uis tua uolúntate ipse prófiteri, audi átque ades.
Ét quid tristis sim ét quid hic mihi díxerit, faxó scias.
Pálla mihist domó surrupta.

MÈNAECHMVS

Pálla surruptást mihi?) 645

PENICVLVS

Víden ut te sceléstus captat? huíc surruptast, nón tibi:
Nám profecto tíbi surrupta si ésset, salua núnc foret.

MENAECHMVS

Níl mihi tecumst. séd tu quid ais?

MATRONA

Pálla, inquam, periít domo.

MENAECHMVS

Quís eam surrupuít?

MATRONA

Pol istuc ílle scit qui illam ápstulit.

MENAECHMVS

Quís is homost?

MATRONA

Menaéchmus quidam.

MENAECHMVS

Édepol factum néquiter. 650
Quís is Menaechmust?

MATRONA

Tú istic, inquam.

---

643. porfiteri *C* audi atq' *BbFZ.* audiat quid *Ba.* audiat qui *D.* audeat qui *C* adeſt *Ba* (*) 644. tristis sim *R cum Lambino praeeunte* sim tristis *Pylade.* triſtiſ *libri* (*) 645. *Cf. v. 639b: utroque loco scriptura eadem, nisi quod hic* ſurrupta *bis BCD* 646. Viden ut te *Lambinus.* Vident ut *BaCDa.* Viden ut *B ex ras. DcFZ* captat *Camerarius.* capiat *libri* ſurruptaſt *B.* ſurrupta ẽ *D.* ſurruptaẽ *C.* ſubrupta eſt *FZ* (*) 647. ſubrupta *FZ* nunc *Camerarius.* non *libri* 648. Nihil *libri* eſt *vel* ẽ *libri* ſ' *ex* ot (ottu), *ut vid., Da* (ſed *suprascr. Dc*) tu quid *BCDF.* quid tu *Z* inquit *Z.* inquam *etiam Pyladis codd.* 649. ſubripuit *FZ* apſtulit *C.* abſtulit *reliqui* 650. is *Brixius.* hic *libri* eſt (ẽ) *libri* menechm' *BD* (*) 651. Qui ſiſ *BaDa* menaecm' *B.* menechmuſ *D* eſt *vel* ÷ *libri* (*corr. Guietus, Bentleius*)

MENAECHMVS

Égone?

MATRONA

Tu.

MENAECHMVS

Quis árguit?

MATRONA

Égomet.

PENICVLVS

Et ego: atque huíc amicae détulisti Erótio.

MENAECHMVS

Égon dedi?

MATRONA

Tu, tú istic, inquam.

PENICVLVS

Vín adferri nóctuam,
Quaé 'tu tu' usque dícat tibi? nam nós iam defessí sumus.

MENAECHMVS

Pér Iouem deosque ómnis adiuro, úxor, — satin hoc ést tibi? — 655
Nón dedisse —

PENICVLVS

Immo hércle uero, nós non falsum dícere.

MENAECHMVS

Séd ego illam non cóndonaui, séd sic utundám dedi.

MATRONA

Équidem ecastor tuám nec chlamydem dó foras nec pállium

Ego ne *B* (*) 652. amica edetulifti *BaDa* 653. dedi. Mv tutu iftic *B*, *sed* tutu i *e corr. Bb.* dedi. PE. tu tu iftic *FZ et sine* PE. *Dc.* dedit utuiftic *Da.* dedit ut iftic *C* PE. uin ⅊. nin *libri* afferri *FZ* (*) 654. Que *BaCD* tu tu ufque dicat *FZ, item B, sed quartam quintamque litteram c corr. et* uf⌣que *lincola minio ducta.* tututuf quedicat *C.* tu (Quetu) tutuf quedicat *D* nof iam *F: atque ita Lipsius Ant. lect. II 14.* nof iam nof *BCD.* uof iam nof *Z* (*) 655. omnif *CDZ.* omf *B* ftatin *Da* (*corr. Dc*) 656. dedisse — (*scil.* '*dono illam, sed commodasse*') ⅊. *vulgo* dedisse. PE. immo *Z.* Mv immo *BF.* tibi immo *D* ercle *D.* herde *C* 657. ꝑ *cx* fi *Dc* fic utendam *BbZ.* ficut endã *BaDa* (*copul. Dc*). fic eándam *C, ubi* fic *valet* ficut, am *ex* em *correctum est* 658. etaftor *C.* & caftor *D* clamidem *BCD* do foraf *B.* deforaf *CDa.* dẽ foraf *Dc.* deferaf *FZ*

Quoíquam utundum. múlierem aequomst uéstimentum múliebre
Dáre foras, uirúm uirile. quín refers pallám domum? 660

MENAECHMVS

Égo faxo referétur.

MATRONA

Ex re túa, ut opinor, féceris:
Nám domum necúmquam intro ibis, nísi feres pallám simul.
Éo domum.

PENICVLVS

Quid míhi futurumst, quí tibi hanc operám dedi?

MATRONA

Ópera reddetúr, quando quid tíbi erit surruptúm domo.

PENICVLVS

Íd quidem edepol númquam erit: nam níhil est, quod perdám, domi. 665
Quá uirum qua uxórem di uos pérdant. properabo ád forum:
Nam éx hac familiá me plane éxcidisse intéllego.

MENAECHMVS

Mále mihi uxor sé fecisse cénset, quom exclusít foras:
Quási non habeam, quo íntromittar, álium meliorém locum.
Sí tibi displiceó, patiundum: at plácuero huic Erótio, 670

---

659. Cuiquam utendum *libri* equum eſt ueſtimentum *FZ*. aequo meſ tueſ timentum *BaDa* (*corr. Db et c*). aequom eſt ueſ timentũ *Bb*. aequo meſtueſ timentũ *C* 660. qui^{n} *Da* deferſ *F* 662. necumquam *Bergkius Opusc. I p. 678*. numquam *libri* introibiſ *BC D* ſemul *F* (*) 663. Eo domum. PE. quid *Bothius, Bentleius*. ME Ego domum? PE quid *BFZ et sine pers. notis CD* eſt (ẽ) *libri* (*) 664. ME *praem. B* Operam *BaCD* (m *exp. Bb*) ſubruptum *FZ* (*) 666. Qua uirum qua uxorem *Fleckeisenus*. Cum uiro cum uxore *libri* di uoſ *BbDc*. diuoſ *BaCDa*. ME. dii uoſ *FZ* (*) 667. familiam eplane *C*. familiã eplane *Da* (*corr. Dc*). familia me ſane *F* intelligo *DFZ* (*) 668. ME *B. om. FZ* se *Pylades*. ſeſe *libri* quom *FZ* quam *D* (^{v} *Db*). qum *C*. cum *B* excluſit *BCDF*. excludit *Z* (*) 669. intromittar *ras. ex* intromittatur *C*. intromittam *F* 670. patiundum *libri* at placuero *FZ*. atplacuero *BbCDc*. adplacuero *BaDa* (*)

Quaé me non exclúdet ab se, séd apud se occludét domi.
Núnc ibo: orabo út mihi pallam réddat, quam dudúm dedi.
Áliam illi redimám meliorem. heus, écquis hic est iánitor?
Áperite atque Erótium aliquis éuocate ante óstium.

EROTIVM. MENAECHMVS I

EROTIVM

Quís hic me quaerit?

MENAECHMVS

Síbi inimicus mágis quist quam aetatí tuae. 675

EROTIVM

Meí Menaechme, cúr ante aedis ástas? sequere intró.

MENAECHMVS

Mane.
Scín quid est, quod ego ád te uenio?

EROTIVM

Scío: ut tibi ex me sít uolup.

MENAECHMVS

Ímmo edepol pallam íllam, amabo té, quam tibi dudúm dedi,
Míhi eam redde: uxór resciuit rem ómnem, ut factumst, órdine.

---

671. Que *B, sed* ę *minio* Queme *D* non non *F* abſte *Ba* ſ̄ aput *pro* ſed apud *D* occludit *B et ante corr. C* 672. reddo adquã *Ba.* reddo̯ at̯ adquam *Bb* 673. heuſ *F, Camerarius.* eiuſ *BCD. om. Z* ecquiſ *BbFZ.* & quiſ *CD.* hec quiſ *Ba* 674. erotium, e *ex corr. Bb* aliqui *B* hoſtium *BDFZ* Erotiũ menaechm̃ *in fine v. erasa B*

Act. IV Sc. 3 EROCIVM MERETRIX . MENECHM̃ ADOL. *B.* EROCIVM. ME. menechm̃ *Db (et rubr.). unius v. spat. CDa* Erotium Menęchinuſ *FZ* 675. E. *Db* querit *BaD* (ę *Bb*) ME *B. om. reliqui* inimiciaſ *D.* inimiciciaſ *F.* inimicitiaſ *Z* quist *R. om. libri* ſuae *FZ* (*) 676. ER. *Camerarius. om. libri* Mei *Ba.* Mi *BbC Dc. om. DaFZ* curante ediſ *BDa* aſtaſ *BaDZ.* aſſtaſ *C.* adſtaſ *F.* haſ ſtaſ *Bb* M. *Db* 677. Sin *Ba: corr. Bb* E. *Db* uolup *Pylades.* uoluptaſ *libri* (*) 678. M. *Db* pallã illũ *C* 679. Mihi, h *ex corr. Bb* uxore ſciuit *Da* (*copul. Dc*) eſt *libri* (*)

Égo tibi redimám bis tanto plúris pallam, quóm uoles. 680

EROTIVM

Tíbi dedi equidem illam, ád phrygionem ut férres, pauxilló prius,
Ét illud spinter, út ad aurificem férres, ut fierét nouom.

MENAECHMVS

Míhi tu ut dederis pállam et spinter? númquam factum réperies.
Nam égo quidem postquam íllam dudum tíbi dedi, atque abii ád forum:
Núnc redeo, nunc té postillac uídeo —

EROTIVM

Video, quám rem agis: 685
Quaé conmisi, ut mé defrudes, ád eam rem adfectás uiam.

MENAECHMVS

Néque edepol te défrudandi caúsa posco. quín tibi
Díco uxorem résciuisse.

---

683. *Priscianus inst. V 15 p. 151, 11 H.:* iter quoque uel itiner uetuste neutri sunt generis et spinter quod ἀκροχέριον aut fibulam in umeris aut armillam significat. Plautus in Menaechmis . . . (*cf. v. 527*) idem in eadem: 'mihi tu . . . . reperies'

---

680. tantą *Bb* quom *Brixius.* quam *libri* (*) 681. dedie quidem *C* phrigionem *CD* feref *F* pauxillo prius *Spengelius Philol. XXIII p. 561.* paulo priuf *FZ.* paulo uif *Ba* (uif *lineola minio del. et* ante *suprascr. Bb*) *CD* (*) 682. fpinther *CDF: item v. 683* nouom *B.* nouum *reliqui* 683. Mihi tu ut *CDF.* Mihi ut tu *B.* Mihi tu *Z cum Prisciano* (*nisi quod* tu fi *R*, tum *AD*) pallam fpinter *Prisciani RAH* nunquã *C* reperief *Z cum Prisciano* (*nisi quod* repperief *RAH*). relecerif *Ba.* relegerif *CDF.* relecerif *Bb* (*) 684. abii, *ult. litt. e corr. Bb* 685. poftillac uideo. *R cum Bb* (*ubi* uideo — ☞). poft illac uideo *FZ.* doft illac uideo *CD.* doft illa cuideo *Ba* EROT *hoc loco BCDa* (*) 686. ERO *ab initio erasum B* Quae *Bothius.* Quia *libri* conmifi *C.* commifi *ceteri* defraudef *F.* defrudef *etiam Lambini codd.* adeam *BD* adfectaf *B.* affectaf *CD* 687. M. *Db* aedepol *C* defrudandi *ex* defrudanti *Da.* defraudandi *F* qui^{n} *Da* 688. resciuisse. ER. nec te *Pylades.* refciuif fenecte *Ba.* refciuiffe necte *Bb.* refciuiffe nec te *CDFZ*

EROTIVM

Néc te ultro oraui út dares:
Túte ultro ad me détulisti. dédisti eam donó mihi:
Eándem nunc repóscis. patiar: tíbi habe: abi, aufer: útere 690
Vél tu uel tua úxor, uel etiam ín loculos conpíngite.
Tu húc post hunc diém pedem intro nón feres, ne frústra sis:
[Quándo tu me béne merentem tíbi habes despicátui,
Nísi feres argéntum, frustra's: mé ductare nón potes.]
Áliam posthac ínuenito, quám habeas frustrátui. 695

MENAECHMVS

Nímis hercle iracúnde tandem, heús tu, tibi dicó, mane.
Rédi. etiamne astás? etiam audes meá reuorti grátia?
Ábiit intro, occlúsit aedis. núnc ego sum exclusíssumus:
Néque domi neque ápud amicam míhi iam quidquam créditur.
Íbo et consulam hánc rem amicos, quíd faciundum cénseant. 700

693. despicatui habentibus *hinc habere videtur Fronto p. 205, 17 N.*

daref *B.* daref oraui ut daref *C.* daref erotium *DFZ* 689. *Erotii pers.* (ERO *B.* E. *Db.* EROTIŨ [*in fine v.*] *C.* ER. *FZ*) *praemittunt libri: hic del. Pylades* (*) 690. tunc *Z* habe: abi ☙. habe *libri* (*) 691. loculos *Balbachius p. 27 sq.* oculof *libri* conpingite *B.* compingite *CD* 692. ferref *B.* feref, f *ex* q, *C* ne frustra sis *Pylades.* ne fruftraffif *CDcFZ.* ne fruftraf fif *Da.* neferuftafif *Bb* (*) 693 *sq. Ex alia comoedia hos versus illatos esse Sonnenburgius vidit p. 24 sq.* defpica tui *Da* (*copul. Dc*) 694. frustra's: me ductare *R.* frustra.m eductare *B.* fruftra me ductare *reliqui* potefṭ *Bb* (*) 695. poft hac *C.* poftac *D* inuenito quam *BbDZ.* inuenit oquã *Ba.* inuento quam *F.* inuenito quam tu *C* fruftra tui *Da* (*copul. Dc*) 696. M. *Db* hercle iracunde *Seyffertus Stud. Pl. p. 5 adn. 4.* iracunde (iraconde *Z*) hercle (ercle *D*) *libri* *post* tandem *distinxit Acidalius, ante quem* tandem heus *coniungebant* (*) 697. Rediet iam ne aftaf & iam *Ba* (Redi etiam *minio corr.*). Redi & iamne aftaf & iam *C et, nisi quod* neafftaf, *D: quae recte distinxit Acidalius.* Redi. ER. etiamne aftaf. etiam *Z et, nisi quod* adftaf, *F* gr̃a *B* (*) 698. Abiit *Bb.* Ábi *CD.* ME. Abiit *FZ* occlusit aedis *Camerarius cum Bb* (oclufit çdif). octuf .taedif *c. ras. Ba.* octuf iraedif *C.* octuf itaedif *D ante ras.* ociuf ita edif *D ex ras. FZ.* ociuf in aedif *'ant. exemplaria' Pii* exclufiffimuf *libri* 699. amicã *ex* amicũ *Da* domine que *Ba* quicquã *B.* quic quã *D* 700. faciendum *libri* cenfeat *C*

ACTVS IV

MENAECHMVS II. MATRONA

MENAECHMVS

Nimis stúlte dudum féci, quom marsúppium
Messénioni cum árgento concrédidi.
Inmérsit aliquo sése credo in gáneum.

MATRONA

Prouísam, quam mox uír meus redeát domum:
Sed éccum uideo: sálua sum, pallám refert. 705

MENAECHMVS

Demíror ubi nunc ámbulet Messénio.

MATRONA

Adíbo atque hominem accípiam quibus dictís meret.

---

707. *Nonius p. 468, 14 M.:* meret pro meretur. Plautus in Menaechmis . . . . (*cf. v. 359*) idem in eadem: 'adibo . . . . meret': *cf. Reblinius p. 53, Caesar p. 39. 72*

Act. V Sc. 1 Cf. ad v. 559 Post Erotiũ Menechmuſ *erasa* MATRONA · MENECHM' ALTER . *B.* MESOS ME *rubr. in D post crasa* Ero MeSoS, *quae scr. Db. unius v. spat. CDa.* Menęchinuſ Aduena. Mulier *FZ Ceterum in hac scaena et proxima personarum nomina, omissa in Da, pleraque addidit Db: de quo plerumque tacemus* (*)
701. MENAECH. *praem. C* Mulier *quod praescr. Db erasa* N *init. scr. rubr.* qum *B.* cum *reliqui* marſuppium *CD.* marſupium *BFZ* 702. credidi *F* 703. Inmerſit *BC.* immerſit *DFZ* 704. MA, *non* Mv, *B constanter per hanc scaenam et proximam.* Muli (*dein* Mu) *Db* uer meuſ *C.* . . rameuſ *Ba.* uir meuſ *Bb* 705. Sed et cum *C* 706. MENECH. *C.* MEN. *D* demiro rubi n̄c ambulat *C* (*)
707. dictiſ quibuſ *Nonius* meret *idem, codd. Pii.* aer& *BaCD.* ·m aer& *Bb.* hęret *Z.* heret *F*

Non té pudet prodíre in conspectúm meum,
Flagítium hominis, cum ístoc ornatú?

MENAECHMVS

Quid est?
Quae té res agitat, múlier?

MATRONA

Etiamne, ínpudens, 710
Muttíre uerbum unum aúdes aut mecúm loqui?

MENAECHMVS

Quid tándem admisi in me, út loqui non aúdeam?

MATRONA

Rogás me? o hominis ínpudentem audáciam.

MENAECHMVS

Non tú scis, mulier, Hécubam quaproptér canem
Graii ésse praedicábant?

MATRONA

Non equidém scio. 715

MENAECHMVS

Quia idém faciebat Hécuba, quod tu núnc facis.
Omnía mala ingerébat, quemquem aspéxerat:
Itaque ádeo iure coépta appellaríst Canes.

MATRONA

Non égo istaec tua flagítia possum pérpeti:

---

708. Mu. *praescr. Db* 709. *Cf. ad v. 489* iſto cor natu *Ba.* iſtoc or natu *Bb* MEN. *CD* 710. Quae te res *Brixius coll. Curc. 92.* Quę reſ te *BbFZ.* Queref te *BaCD* agit ad *Ba: corr. Bb* MEN *suprascr. CDa, sed in D ead. m., ut vid.,* EÑ *er.* ut *corr.* etiam ne *BC* impudenſ *FZ* (*) 711. Mittire *CDa* (*corr. Db*). Mutire *FZ* uerbum unum *BCD.* unum uerbum *FZ* 712. MEN. *C suprascr. D* inme *B.* in te *FZ* 713. o *Pylades. om libri* inpudentem audatiam *BCD* (*) 714. heccubám *DF.* hec cumbam *C* quam ꝓpter *Ba:* m *exp. Bb* 715. Grai ieſſe *BCDa* (*alt.* i *del. Dc*). Gręci eſſe *FZ* p̄dicabant *BC.* predicabant *D* 716. ME *om. B* Qui aidem *C* 717. quemquem *BC.* quem quęm *D* (°. *Dc*). quenque *FZ* (*)

718. cępta *Db* appellari ẽ *Bb.* appellare eſt *BaCD.* appellari *FZ* caneſ *BaCDa.* caniſ *BbDbFZ* 719. ME *Ba* (*erasum*) ego istaec tua *R, item Fleckeisenus.* ego iſtęc *FZ.* ego iſta hęc *Ba* (h *exp. Bb*). ego iſta hec *CD* (*)

Nam méd aetatem uíduam exigere máuelim 720
Quam istaéc flagitia túa pati, quae tú facis.

MENAECHMVS

Quid id ád me, tun te núptam possis pérpeti,
An sís abitura a tuó uiro? an mos híc itast,
Peregríno ut aduenienti narrent fábulas?

MATRONA

Quas fábulas? non, ínquam, patiar praéterhac, 725
Quin uídua uiuam, quám tuos mores pérferam.

MENAECHMVS

Meá quidem hercle caúsa uidua uíuito
Vel úsque dum regnum óptinebit Iúppiter.
* * * * * * * *

MATRONA

At míhi negabas dúdum surrupuísse te,
Nunc eándem ante oculos áttines * *
* * * * * * non té pudet? 730

720. Nam med aetatem uiduam *Gruterus*. Nam me da &atẽ uiduam *Ba* (me_d a&·ate *Bb*) nam meda &ate miuduam *C*. nãmeda & ate muiduã *Da*. nãmedã & atẽ muiduã *Db* (ẽ m *lincola copul. Dc*). nam me iam etatem uiduam *F*. nã me iã ętatẽ uiduã *Z* exigere mauelim *S*. effe mauelim *BbF*. effem auelim *BaC*. effẽ auelim *Da*. effẽ^m auelim *Db*. effe mane licet *Z* (*) 721. ifta hec *BaC* (h *exp. Bb*). ifta ꝯec *D* que *Ba*. quę *Bb* (*) 722. tun te *Bothius*. tute *BCD*. tu te *FZ* 723. habitura *D* adtuo *BaCD* (d *exp. Bb*) an mos hic ita est *Bothius* (*praeeunte* an mos est ita hic *Camerario cum Bb*). annof ita eft hoc *BaCD* (ĥ *D*). an non. ita eft. hęc *FZ* 724. peregrino, gr *ex* ge, *Da* aduenient inarrent *Ba*. aduenienti narrent *Bb c. ras.* narrænt *D*. narrat *FZ* 725. ME *B. om. Db* p̄ter hac *B*. pret hac *CD* 726. (*) 727. MEN *C supra scr. D* me quidẽ *C* uidua uictita *FZ* 728. Velufq' *D* (*separ. Db*) optinebit *B*. obtinebit *CD*. optinet *F*. obtinet *Z* iupiter *FZ*

Post hunc versum et inter v. 730 *lacunas signavit S ad hoc exemplum explendas* (*cf. v. 649—657*):

MA. Verbúm sat est. da pállam. ME. Quid dem quaé meast? *et mox* ⟨non uís tamen Fatéri quae ante fássus es?⟩ non t. p.? (*) 729. Mu *in spat. Db* *ante* Surupuif fete *erasum* Men *Db*. fubrupuiffe te *Z*. fubripuiffe *F* (*) 730. *V. supra* minc, c *ex* b, *ut vid., ras. D* eadem *BCD* non te *BCDF*. num te *Z*. nunc tandem *cod. Schobingeri*

MENAECHMVS

Heu hércle, mulier, múltum et audax ét mala's.
Tun tíbi hanc surruptam dícere audes, quám mihi
Dedit ália mulier, út concinnandám darem?

MATRONA

Ne istúc mecastor iám patrem accersám meum,
Atque eí narrabo túa flagitia quaé facis. 735
Ei, Décio, quaere meúm patrem, tecúm simul
Vt uéniat ad me cíto: ita rem esse dícito.
Iam ego áperiam istaec túa flagitia.

MENAECHMVS

Sánan es?
Quae méa flagitia?

MATRONA

Pállam atque aurum meúm domo
Suppílas: surrupís tuae uxori ét tuae 740
Degéris amicae. sátin haec recte fábulor?

MENAECHMVS

Quaeso hércle, mulier, sí scis, monstra quód bibam,
Tuám qui possim pérpeti petulántiam.
Quem tú hominem arbitrére arguere, néscio:
Ego té simitu nóui cum Portháone. 745

---

731. MENEC *C.* Mu *Db* ercle *D incohata* el *pro* er, *ut vid.* mal. ſ *Ba.* mala eſ *BbCDFZ* (*) 732. ſurreptam *BCD.* ſubreptam *FZ* (*) 733. concinnadã *Z* 734. me caſtor *BC* accerſam *omnes* (*) 735. einarrabo *Bb.* inarrabo *Ba.* e narrabo *C.* enarrabo *D FZ* que *BaD.* quę *Bb* 736. Ei *B.* ei *CD.* hei *FZ* deceo *BCD* quaere *BbFZ.* quare *Ba* (*ras. supra* ar) *CD* (*) 737. me cito: ita ☙. me ita *libri* itarem *Da: separ. Dc* (*) 738. iſtaec *Bb.* iſta hec *Ba.* iſtec *CD* MENEC. *C* ſananeſ *BC.* Saneſ? *D* 739. Que *BD* domo *quod in proximi versus initio habent libri huc traxit Pylades* (*) 740. (domo) Suppilas: surrupis ☙. (Domo) ſuppilaſ *libri* tue *D* (*) 741. Dederiſ *ex* Degeriſ *Bb* amice *Ba* (ę *Bb*) ſatin *rasura ex* ſtatin *B* hec *BD* recte *rasura ex* recite *B* 742. MENEC. *C* Queſo *BD* ercle *D* (*) 744. arbitrere arguere ☙. arbitrare *libri* (*pro prima* r *incohata* b, *ut vid., D*) MV. neſcio (ego te.) *FZ* (*) 745. simitu noui *Camerarius.* ſi me tu noui *B.* ſime ũtu noui *CD.* ME. ſciſ me. MV. non te noui *FZ* cum porthaone. ‖ MA Si me *B.* cumporthaone ſime *C.* cũ p̊ thaoneſ me *D.* ME. Cum pthaoneſ me *F.* cũ pthaoneſ me *Z* (*)

MATRONA

Si mé derides, át pol illum nón potes,
Patrém meum, qui huc áduenit. quin réspicis?
Nouístin tu illum?

MENAECHMVS

Nóui cum Calchá simul:
Eodém die illum uídi quo te ante húnc diem.

MATRONA

Negás nouisse? mé negas et meúm patrem? 750

MENAECHMVS

Idem hércle dicam, sí auom uis addúcere.

MATRONA

Ecástor pariter hóc atque alias rés soles.

---

748. *Priscianus inst. VI 53 p. 239, 10 H.:* in os autem terminantia faciunt genetiuum latinum, ut *Κάλχας Κάλχαντος*, hic Calchas Calchantis — quamuis hic Calchas huius Calchae antiqui declinabant. Plautus in Menaechmis 'nouistin . . . . . simul'. *Charisius inst. I p. 66, 22 K.:* inueniuntur tamen quaedam peregrina quae cum incremento syllabae declinantur, ut Calchas Pallas Atlas Gigas. faciunt enim Calchantis Pallantis Atlantis Gigantis. quamuis antiqui, ut Plautus et Pacuuius, Calcham dicant, non Calchantem (*ubi* Calcham *R Proleg. Trin. p. XXXVII.* calchan *cod. Neap.*)

---

746. at pol illum *Z.* ad polillũ *BaDF.* ac polillũ *Bb.* apolillũ *C* 747. M *praem. Db,* Mv. *F* huc qui *FZ* qui^{n} refpicif *Db.* qui . nrefpicif (*erasa* i) *C.* quin refipifcif *B* 748. Nouiftin tu illum *BbDFZ.* Nouifti intu illum *Ba.* nonuiftintu illum *C.* nouiftin illum *Priscianus* (nouifti nullum *GLK*) calcha *Priscianus, Charisius.* chalca *Z.* calchante *C et ex* chante *D.* calcantef *Ba.* calcante *F et ex ras. B* femul *F* 749. illũ uidi *B.* uidi illum *reliqui* ante *suprascr. Da.* MA ante *B* 750. Mu (*ex* Me, *ut vid., ut v.* 748 Me *ex* Mu) *Db. hic om. B: cf. ad v. 749* et meum patrem ℭ (*simul* nouisse? me *pro* nouisse me? *distinguens*). patrem meum *libri* (*) 751. ercle *D* fi auõ *B, sed* uõ *in lit. Bb.* Siauum *C.* Si auũ *DF.* fanum *Z* 752. folef *C ex corr. et cum ras.* (*fuit* foli eft, *ut vid.*) *In fine versus* menaechmuf *erasum in B*

SENEX. MATRONA. MENAECHMVS II

SENEX

Vt aétas meást atque ut hóc usus fáctost,
Gradúm proferám, progredíri properábo.
Sed íd quam mihí facile sít, haud sum fálsus. 755
Nam pérnicitás deserít: consitús sum
Senéctute: onústum geró corpus: uíres
Relíquere. ut aétas mala érgo malást mers.
Nam rés plurumás pessumás, quom aduenít, fert.
Curás si autumem ómnis, nimís longus sérmost. 760
Sed haéc res mihi ín pectore ét corde cúraest:
Quídnam hoc sit negótí quod filiá 762

756—758. *Nonius p. 1, 7 M.:* nam aetatem malam senectutem ueteres dixerunt. Plautus Menaechmis: 'consitus .... mala est ergo'. *idem p. 192, 18 M.:* aetas feminini est generis. Plautus Menaechmis 'ut aetas .... mala est ergo'

Act. V Sc. 2 Post rasuram 7 litterarum mai. SENEX · MENECHM' ADOL. *B.* SENeX ꝏNEcḥm̃ *rubr. in D erasis* ſenex *ante* S *et* menechm̃ *infra* ꝏ *quae scripserat Db. unius v. spat. C.* Senex. Mulier. Menęchinuſ *FZ* *Versuum discriptionem accurate servavit B, nisi quod v. 774 superiori continuat* (*cf. ad v.* 762) · 753. MES *erasum B* Et ętaſ *D* (E *rubr.*). tętaſ *c. sp. init. C* mea eſ *C.* mea eſt *B FZ.* meaẽ *D* hic *FZ* facto eſ *C.* facto eſt *BZ.* facto ẽ *D.* facto *F* (*)
754. progrediri *Bothius.* progredi *libri* *Verba* properabo .... falſuſ, *a principio omissa in pagina versa, in superiore marg. suppl. Da*
755. facile ſit mihi *libri: traiecit Bothius* (*) 756. conſituſ *Z cum Nonio.* conſcituſ *BaCDF.* conſciuſ *Bb* 758. ut ętaſ, t ę *e corr. Bb* mala ergo malast mers ℭ. mala eſt merſ mala eſt ergo *Nonius utroque loco.* mala eſt (malaẽ *CD*) merx mala ergoſt *BCDF, sed* merx *ex* mer . . . *Bb.* mala ẽ morſ. mala ẽ ergo *Z* (*) 759. plurimaſ peſſimaſ *B.* plurimaſ peſſumaſ *FZ* quom *BbF.* quam *Ba.* cum *CDZ* aduenit, e *e corr. Bb* fert *Ba.* affert *BbCZ.* adfert *DF*
760. Curas si ℭ. Quaſſi *B.* quaſſi *C.* quaſ ſi *DFZ* autumen *B* nimi iſ *Da.* nimis iſ *Dc* ſermoſt *B.* ſermo eſt *reliqui* (*)
761. hec *CDcF.* ec *Da.* eo *Z* *post* reſ *erasum* ẽ, *ut vid., C* corda *CDa* (*corr. Dc*) cura eſt *Ba.* curae eſt *Bb.* dura eſt *reliqui* (*)
762 *sq. Sic constituit* ℭ (*v.* 763a *cum Bergkio*), *ubi B habet:*
Quid nam hoc ſit negotii quod filia ſic
Repente expetit me ut adſeſe irem.
Nec quid idſit mihi certiuſ facit
Quid uelit quid me accerſit.

Síc repente éxpetit mé ut ad sese eám
Néc, quid id sít, mihi cértius facít. 763
Quid uélit? quid med accérsit?
Verúm propemodúm iam sció, quid siét rei: 764
Credó cum uiró litigí natum esse áliquid. 765
Ita ístaec solént, quae uirós subseruíre
Sibí postulánt, dote frétae, feróces.
Et íllí quoque haúd abstinént saepe cúlpa.
Verúmst modus tamén, quoad pati úxorem opórtet.
Nec pól filia úmquam patrem áccersit ád se, 770
Nisi aút quid commíssi aut uití iurgist caúsa.
Sed íd quicquid ést, iam sciam. átque eccam eámpse
Ante aédis et éius uirúm uideo trístem.
Id ést, quod suspicábar.
Áppellabo hanc.

MATRONA

Íbo aduorsum. sálue multum, mí pater. 775

SENEX

Sálua sis. saluén aduenio? sáluen accersí iubes?

---

itemque reliqui, nisi quod negoti *CDc.* ñ̃o.ti *Da.* negocii *FZ,* expedit *D ante corr.* (*) 764. ꝑpe modũ *BD, sed* ꝑbe *B ante corr.* ſciet rei *Z.* ſierrci *Da, ut vid.: corr. Db itemque suprascr. Dc* 765. litigi *et* aliquid *Spengelius 'Ref.' p. 243. 271. 274 adn.* litigium *et* aliquod *libri* (*) 766. ita iſtec *D.* Iſta iſtęc *Z.* ita haec iſtaec *C* que *BD* quaeuir oſ, ir *ex* ol, *C* 767. dotae frete *B* docte *F* 768. quoque *BCDF, codd. Pyladis.* quo *Z.* quoi *codd. Pii* ſ ꝑe *B CD* 769. eſt *BFZ.* ẽ *CD* tumen *C* quoad pati *Lambinus.* quo adpati *Ba.* quo id pati *BbFZ itemque ex corr. C.* quod pati *C ante corr. Da.* quot pati *Db* 770. necpol (n *ex* ie, *ut vid., corr.*) *C* unquã *CD* &acerſit *D, ubi & exp. Dbc* 771. aut qd *C.* aut qd̃ *D.* aliquid *FZ* commiſſi *BbCDZ.* commiſi *BaF* aut uiti iurgist causa ꝓ. aut iurgii ẽ cauſa *Bb.* aut uigiſ ẽ cauſa *Ba.* aut uirgi ẽ cauſa *C.* adiurgii eſt cauſa *D* (ad *exp. Dc*) *F.* aduirgii ẽ c̃a *Z* (*) 772. id quicquid est *Bothius.* quicquid id eſt *libri* (idẽ *B*) eampſe *BaCDa.* eam ipſe *BbDbF.* eam : ipsam *Z* 773. uirum uideo tristem *Brixius.* triſtem uirum uideo *libri* (*) 774. idẽ quod *B haec prioribus adiungens* ſuſpicabor *C, ut vid., ante corr.* (*) 775. Mv. ibo *Gulielmus.* ibo *libri* aduorsum *Pylades.* uorſum *libri, post quam vocem* MA *B,* Mu. *DbFZ inserunt: del. Gulielmus* Salue, Sa *ex* Su *D* 776. ſaluen aduenio ſaluen *B.* ſaluen ad uetuo? Saluen *C.* ſaluen adtuo? Saluen *D.* ſed cur ab tuo ſeruo *FZ* iubeṭ? *C* (*)

Quíd tu tristis és? quid ille autem ábs te iratus déstitit?
Néscioquid uos uélitati éstis inter uós duos.
Lóquere, uter meruístis culpam, paúcis: non longós logos.

MATRONA

Núsquam equidem quicquám deliqui: hoc prímum te absoluó, pater. 780
Vérum uiuere híc non possum néque durare ullo modo:
Proín tu me hinc abdúcas.

SENEX

Quid istuc aútemst?

MATRONA

Ludibrió, pater,
Hábeor.

SENEX

Vnde?

MATRONA

Ab íllo, quoi me mándauisti, meó uiro.

SENEX

Ecce autem litígium. quotiens tándem ego edixí tibi,
Vt caueres, neúter ad me irétis cum querimónia? 785

MATRONA

Quí ego istuc, mi páter, cauere póssum?

---

778. *Nonius p. 3, 5 M.:* uelitatio dicitur leuis contentio, [dicta] ex congressione uelitum. Plautus Asinaria . . . idem Menaechmis 'nescio quid . . . . duo'. *Festus Pauli p. 369, 7 M.:* uelitatio dicta est ultro citroque probrorum obiectatio ab exemplo uelitaris pugnae. Plautus 'nescio quid . . . . uos'. *Cf. Leidolphus p. 245, Reblinius p. 10. 53, Caesar p. 30. 39*

---

777. tu *om. F* ef triſtis *Z* aut *D* (*) 778. Neſcio quid *omnes* uos *om. Paulus* uelitati *FZ cum Nonio Pauloque.* ueliati *Ba.* uelati *BbCD* duoſ *libri.* duo *Nonius. om. Paulus* (*) 779. cupam *Da: corr. Dc* pauciſ *FZ.* pauci *BCDa.* pauca *Dc* logoſ *DcZ.* λόγους logoſ *F.* locos *BCDa* 780. abſolue *B* 781. hic uiuere *B* (*) 782. autem eſt *libri* 783. SE. *om. FZ* quo̊ *Bb.* cui *reliqui* 784. SE. *om. F* litigiõ *D* ego edixi *R.* edixi *libri* (*) 786. ego *om. C*

SENEX

Men intérrogas?

* * * * * * *

Nísi non uis. quotiéns monstraui tíbi, uiro ut morém geras?
Quíd ille faciat, né id obserues, quó eat, quid rerúm gerat.

MATRONA

Át enim ille hinc amát meretricem ex próxumo.

SENEX

Sané sapit: 790
Átque ob istanc indústriam etiam fáxo amabit ámplius.

MATRONA

Átque ibi potat.

SENEX

Tuá quidem ille caúsa potabít minus,
Sí illic, siue alibí lubebit? quae haéc, malum, inpudéntiast?
Vna opera prohibére, ad cenam né promittat, póstules,
Néue quemquam accípiat alienum ápud se. seruirín tibi 795
Póstulas uirós? curare una ópera pensum póstules,
Ínter ancillás sedere iúbeas, lanam cárere.

MATRONA

Nón equidem mihi te áduocatum, páter, adduxi, séd uiro:
Híne stas, illim caúsam dicis.

---

797. *Varro de lingua lat. VII 54:* in Menaechmis 'inter.... carere' .... carere a carendo, quod eam tum purgant ac deducunt, ut careat spurcitia — ex quo carminari dicitur tum lana —, cum ex ea carunt [*sic Neukirchius.* carent *F*] quod in ea haeret neque est lana.

---

meninterrogaſ *D* (*separ. Dc*). me interrogaſ *FZ* (*) 787. *Excidisse talem fere versiculum sensit R:*

Pól si sapias, sátis tu pro te, quíd opus sit factó, scias:

788. (*) 789. fatiat *B.* faciet *Z* qd̄ *Da.* q̣d̄ *Dc* 790. Ad *Ba.* At *Bb* hạnc *Da* ex ꝑximo *BD.* e proxumo *F* 791. Atque *om. Z* (*) 792. At *Ba.* Atq' *Bb* tua quid cauſa *F.* tuã quid c̃a *Z* potebit *C* (*) 793. Si *Bothius.* Siue *libri* libebit *BZ.* lib-&bit? *Da.* liebit *C.* licebit *F* que hec *BaD* (quę *Bb*) inpudentia ſt *B.* impudentia eſt *CDFZ* 794. cẹnam *C* 795. Neque *B* se *Acidalius.* te *libri* ſeruirin *BCD.* ſeruiren *F.* ſeruirem *Z* 796. poſtulaſ? uiroſ *CDa* curare ℭ. dare *libri* pinſum *B* (*) 797. iubeſ *Varronis cod. Flor.* carere *Z, Varro.* carpere *BCDF* 798. quidem *CDZ* mihi te *B.* mittit *CDa.* mihi *DcFZ* ſ̄ *D* 799. Huic *F* illim *BaCDa.* illin *F.* illinc *BbZ.* illiuſ *Dc* *Verba*

SENEX

Sí ille quid delíquerit,
Múlto tanto illum áccusabo, quám te accusaui, ámplius. 800
Quándo te auratam ét uestitam béne habet, ancillás, penum
Récte praehibet, méliust sanam, múlier, mentem súmere.

MATRONA

Át ille suppilát mihi aurum et pállas ex arcís domo:
Mé despoliat, mea órnamenta clam ád meretrices dégerit.

SENEX

Mále facit, si istúc facit: si nón facit, tu mále facis, 805
Quae ínsontem insimulés.

MATRONA

Quin etiam núnc habet pallám, pater,
Ét spinter, quod ad hánc detulerat: núnc, quia resciuí, refert.

SENEX

Iám ego ex hoc, ut fáctumst, scibo: adíbo ad hominem atque ádloquar.

(ill)im caufã dicif fi ille *in ras. scripsit C* (*er.* [ill]um accufabo quã te, *ut vid.*) caofam (v *ex* o *vel* n, *ut vid.*) *D* diciffi ille *et mox* SE Multo *BFZ. Correxit Camerarius* 800. tanta *BCD* acufaui *Z* (*) 801. ancillas, penum *codd. antiqui' Pyladis.* ///anpillafpen *B.* anpilla fpen *C* (n *ex* m *incohata*) *et D.* ampulla fpem *Z.* ampillafthen *F* (*) 802. Mu. *praem. DbF* phib& *Ba.* phib& *Bb.* phibent *reliqui* meliust sanam *R.* meliuf fanam (famnam *BCDa*) eft *libri* (*) 803. fuppillat *Z* pallaf ex *DcFZ.* palla fex *CDa.* pallaf fex *Ba.* pallam ex *Bb* artif *CDa: corr. Dc* domo *Gulielmus Verisim. II 13.* modo *libri* (*) 804. clam *Acidalius.* iam *B.* etiã *FZ.* tiam me *C* (ornamentatiam me, rn *ex* rc *incohata*). iã me *D, sed* ornamen tac ///iã me *Da erasa* t, *ubi* i *in* t *corr. expunctis* tac *et* me *Dc* (*) 805. facif *ex* facit *C* 806. Que *Db.* Que *BCDa.* Qui *F* infemulef *C.* ĩfemulef *Da.* ĩfimulef *Db.* adfimulef *Z* pallã ‖ Pater fpinter *B.* pallam pater fpinther *CD* (*sed* fpinter h *C*): *ubi* Et *initio v.* 807 *suppl. FZ* ref ciui *Da: copul. Dc* refer *Ba.* refert *Bb* 808. ut *om. Ba, suprascr. Bb* factumst, scibo: adibo ad hominem *R praecunte* scibo: hominem adibo *Saraceno,* scibo, ibo ad hominem *Camerario.* factũ è fibo adhominẽ *BaDa* (ibo *ras. ex* fibo *B*). factum eft fibo ad hominem *C.* factum eft fcibo ad hominem *DbFZ* atque alloquar *Saracenus.* adquemloquar *BaC.* atque loquar *Bb.* adquem loquar *supra* quem *eraso* atq' at, *ut vid., D.* atque eloquar *FZ* (*)

Díc mi istuc, Menaéchme, quid uos díssertatis, út sciam.
Quíd tu tristis és? quid illa autem írata abs te déstitit? 810

MENAECHMVS

Quísquis es, quicquíd tibi nomen ést, senex: summúm Iouem
Deósque do testís —

SENEX

Qua de re aut quóius rei rerum ómnium?

MENAECHMVS

Mé neque isti mále fecisse múlieri, quae me árguit
Háuc domo ab se súrrupuisse atque ábstulisse, —

MATRONA

Péierat. 814

MENAECHMVS

Sí ego intra aedis húius umquam, ubi hábitat, penetrauí pedem, 816
Ómnium hominum exópto ut fiam míserorum misérrumus.

SENEX

Sánun es, qui istúc exoptes, aút neges te umquám pedem
Ín eas aedis íntulisse ubi hábitas, insaníssume?

---

809. mihi *libri* menechme *B* quid *Boxhornius.* quod *libri* differtatiſ *BCDc.* diſ ſertatiſ *Da.* diſcertatiſ *DbF.* deſertatiſ *Z* (*) 810. Qui *CDa: corr. Dc* tu triſtiſ eſ *FZ.* tutrix eſ *BC, sed* triſtiſ *Bb marg.* tu trix̄ tiſ eſ *Db* quod *Bb* illa *CDa.* illã *BDcFZ* irata abs te destitit *Dousa.* iratã abſte deſtituiſ *BFZ.* iratam abſte dediſtituſ *C.* iratam abſteſ dediſti tuſ *Da.* iratam abſte dediſti tuiſ *Dc, eraso* abſ, *ut vid., supra* tu (*) 812. Deoſ que *BCDa* do testes *Gruterus.* deteſteſ *B itemque ex* deteſtiſ *C.* de teſteſ *Da* (quede). de teſtor *Db.* deteſtor *BbDcFZ* SE. *Pylades. om. libri, sine sp. B* quadere *BC* cuius *libri* (*) 813. ME. *Pylades. om. libri* malieri *Da* quę *Bb.* que *BaC* *post* queme *vacuum spatium C* arruit *CDa: corr. Db*

814. dono *Ba.* dono̅ *Bb* ſurripuiſſe *F.* ſubripuiſſe *Z* atque abstulisse — MA. peierat. ME. ☙ (*ut dicturum 'neque intra aedis eius umquam penetravisse pedem' interrumpat mulier*). atq' abſtuliſſe delurat *libri, nisi quod* deiurat *corr. Bb,* delirat *DcFZ* (*) 816. ędiſ *BbDZ.* hediſ *BaC.* ędeſ *Dc.* ediſ *F* unquam *CD* pedem *Pylades. om. libri* 817. miſerrimuſ *libri* 818. ex opteſ *C* negeſ te unquam *FZ.* necẽ umquã *Ba* necẽ. ut umquã *Bb.* nec eſt eumquã *C.* nec ẽ eũ quã *Da.* nec ẽ eũ quã tu inquã *Dc* 819. eaſ ędiſ *Bb.* ca ſediſ *Ba* *CDa.* eaſ ędeſ *DcFZ* intuliſſe *FZ.* intuliſ *BaCD.* intuliſ eriſ *Bb* inſaniſſime *libri*

MENAECHMVS

Tún, senex, aís habitare méd in illisce aédibus? 820

SENEX

Tún negas?

MENAECHMVS

Nego hércle uero.

SENEX

Immo hércle id haud ueré negas:
Nísi quo nocte hac éxmigrasti.— tú concede huc fília.
Quíd tu ais? num hinc éxmigrastis?

MATRONA

Quem ín locum aut quam ob rem, óbsecro?

SENEX

Nón edepol sció.

MATRONA

Profecto lúdit te hic. non tú tenes?

SENEX

Iám uero, Menaéchme, satis iocátu's: nunc hanc rém gere. 825

---

820. Tun *BbFZ.* Tunc *BaCD* (tc̃) aiſ *BbFZ.* ait *BaCD* abitare *D* med in *Gruterus.* medin *Da.* m&din *C.* me in *BDcFZ* *Verba* ait habitare m&din illiſ ceaedib; *suppl. in marg. C* edib; *D* (*) 821. Tun *Bothius.* Tu *libri* nego *BbFZ.* neo . . *Ba.* neq; *CD* SE. *Acidalius.* MA *B. om. reliqui* inmo *B* hercle id haud uere 𝔖 (hercle *cum Valleno Mus. Rhen. XVI p. 638*). hec eludere *BCD.* hec cludere *F.* occludere *Z.* ſin haec eludere *codd. Pyladis* negaſ *B.* neg& *CDF, codd. Pyladis.* negem *Z* (*) 822. quo̥ *Bb.* q̃ (*h. e.* quam) *Z* hac *Camerarius cum BbDc.* ac *BaCDa* (⊢ *suprascr. Bb,* h *Dc*). *om. FZ* exmigrasti. tu 𝔖. migraſti *BCD.* emigraſti *FZ* concede *B, Dd* (*man. Camer.?*), *Scutarius.* conce *reliqui* huc *Camerarius.* hac *libri* (*) 823. SE. *praemittunt FZ* (*del. Acidalius*) aiſ *B ex ras., Beroaldus.* agiſ *Ba cum reliquis* e(x)migrastis ℟ *cum Acidalio.* ex migraſti *B.* exaigraſti *CD.* emigraſti *FZ* MV. *Z, Acidalius.* ME. *F, Saracenus. om. B sine spatio* aut quam ob rem *Beroaldus.* aut obrem *CDFZ.* aut rẽ *B* obseoro *D* 824. SE. *Pylades.* MA *B. om. DbFZ* ſcio ꝑfecto *B* tu *Muellerus Add. ad Pros. p. 129.* tu ^te^ *C.* tu te *BFZ.* tute *D* (*) 825. SE. *FZ. om. B Db* me nec me *BaC: copul. Bb* iocatuſ *BbDcFZ.* locatuſ *BaCDa* hanc rem gere *Spengelius Philologi XXIII p. 178 sq. et Studemundus Annal. phil. XCIII p. 51.* ac rem agere *Ba.* acrema gere *C.* acremagere *Da, ubi* ⊢ ac^n^ *corr. Bb,* hanc *suprascr. Dc et* rem agere (*c. ras. supra* [age]re) *separ. Dc.* ad rem age redi *FZ* (*)

MENAECHMVS

Quaéso, quid mihi técumst? unde aut quís tu homo's? noceón tibi
Aút adeo isti, quaé mihi moléstiaest quoquó modo?

MATRONA

Víden tu illic oculós liuere? ut uíridis exoritúr colos
Éx temporibus átque fronte: ut óculi scintillánt, uide. 829

MENAECHMVS

Quíd mihi meliust quam út, quando illi me ínsanire praédicant, 832
Égo med adsimulem ínsanire, ut íllos a me apstérream?

MATRONA

Vt pandiculans óscitatur. quíd nunc faciam, mí pater?

SENEX

Cóncede huc, mea gnáta, ab istoc quám potest longíssume. 835

MENAECHMVS

Eúhan, euhoe, Brómie, quo me in síluam uenatúm uocas?

---

834. *Huc respicere Festus Pauli p. 220 M. videtur:* pandiculari dicuntur qui toto corpore oscitantes extenduntur, eo quod pandi fiunt: *cf. Woelfflinus in Archio lexicogr. lat. I p. 341 et [Philoxenus] p. 140, 9 G. (CGL II):* oscitatur: *χασμᾶται*

---

826. ME. *FZ. om. BDb* Quefo *BCD* tecum eft *libri* unde *suprascr. Cb* tu homo's? noceon tibi ‖ Aut ℭ. tu homo (homo tu *FZ*) ef ‖ Tibi aut *libri* (*) 827. quę *Bb.* que *BaCD* molestiaest ℭ *coll. Asin. 571. Curc. 561. Poen. 35.* molefta eft *libri* quo quomodo *BC* (*) 828. MV. *FZ. om. BDb* illic ℜ (*ut 304. 842*). illi *libri* liuere: ut uiridis ℜ. iure reutuiridif (if *ex* uf) *C.* iurereu tui ridif *Da.* urere ut uiridif *DcF.* uire . . uiridif *c. ras. Ba.* uirere.uiridif *Bb: unde* uirere? ut uiridis *Camerarius: idemque in suis codd. Lambinus esse scribit.* ueftre. ut uiridif *Z* color *DbFZ* (*)

829. *Hunc v. in marg v. 826—828 suppl. C* fintillant *CDa: corr. Dc* (*) 832. meliuf eft *libri* quam *om. FZ* ut ℜ. *om. libri* p̄dicant *BCD* 833. med *Bothius.* me *libri* apfterream *C.* abfterream *BDFZ* (*) 834. MV. *praemittunt DbFZ,* MA *ante* quid *habet B* pandiculaf *BCm. eal.* fatiam *BC* (*) 835. nata *libri* ef quam poteft *Ba.* ef quam potef *Bb.* quam potef *CDFZ* longiffime *BCDZ* (*) 836. Euhan, euhoe, Bromie ℭ. Eum atq' heubromie *B, sed* hEum *Bb.* Eubi (Euhi *D.* Euboe *Z*) atq' heu bromie *C DZ.* Heuboae atq; eubromie *F* fyluam *F* (*)

Aúdio, sed nón abire póssum ab his regiónibus:
Íta illa me ab laeuá rabiosa fémina adseruát canis:
Póste autem illic hírcus squalus, quí saepe aetate ín sua
Pérdidit ciuem ínnocentem fálso testimónio. 840

SENEX

Vaé capiti tuo.

MENAECHMVS

Écce, Apollo, tú mi ex oraclo ímperas,
Vt ego illic oculós exuram lámpadis ardéntibus.

MATRONA

Périi, mi patér: minatur míhi oculos exúrere. 843

(MENAECHMVS

Eí mihi, insaníre me aiunt, ultro quom ipsi insániunt.) 831

SENEX

Fília, heus.

MATRONA

Quid ést? quid agimus?

SENEX

Quíd, si ego huc seruós cito? 844
Íbo, adducam qui húnc hinc tollant ét domi deuínciant, 845
Príus quam turbarúm quid faciat ámplius.

MATRONA

Enim cénseo.

---

837. habire *C et ante ras. B* ſ> *D* 838. me *rasura ex* met *B* leua *libri: atque* leuar abioſa *BaCDa* abſeruat *F.* obſeruat *Z* 839. Poste ℟. Poſt te *BCD.* Poſtete *F.* Poſt *Z* aurem *C ante corr.* illic hircus squalus ℭ (illic hircus *cum Beroaldo*). illi circo ſaluſ *BCDZ.* illi chircoſaluſ *F* ſepe *CD.* ſeſe *B* ętate *Bb.* etate *BaC* (*) 841. SE. *om. B* Ve *libri* ME. *om. B* (*sine sp.*) *Db* appollo *BCD* tu mi ℭ. mihi *libri* exoraculo *BZ* imperas *Langenus Symb. p. 7.* imperat *libri* (*) 842. illic ℟, *item Fleckeisenus: ut. v. 304. 828.* illi *libri* exuram *BDbFZ.* exurati *CDa* lampadis *Geppertus.* lamphadib; *Da.* lampadibuſ *BCDcFZ* (*) 843. Perii *B.* Peri *CDFZ* mi *FZ.* mihi *Bb.* mihi *BaCD* (i̊m) exurere *BC et* (x *ex* a *inter scribendum*) *D.* eruere *FZ* 831. *Cf. append. ad v. 829 sq.* Hei *FZ* alunt *C et BD ante ras.* ultro cum *BCDZ.* cum ultro *F* ipſe *BaCDa* 844. heus MV. quid *Acidalius.* heuſ quid *BCD.* MV. heuſ quid *FZ* SE. *om. B* (*sine sp.*) *Db* ſeruoſ cito *BbDcFZ.* ſeruo ſcito *CD.* ſeruo ſciṭo *Ba* (*) 845. abducam *FZ* 846. amplius. MA. enim censeo. ‖

MENAECHMVS

Ni óccupo aliquod míhi consilium, hí domum me ad se aúferent.
Púgnis me uotás in huius óre quicquam párcere,
Ni éx meis oculís abscedat. ín, mala, in magnám crucem?
Fáciam quod iubés, Apollo.

SENEX

Fúge domum quantúm potest: 850
Ne híc te obtundat.

MATRONA

Fúgio. amabo, adsérua tu istunc, mí pater,
Né quo hinc abeat. súmne ego mulier mísera, quae illaec aúdio?

MENAECHMVS

Haúd male illanc ámoui. abigam núnc hunc inpuríssumum,
Bárbatum, tremulúm Tithonum, quí cluet Cucinó patre.

---

854. *Priscianus inst. VI 25 p. 216, 14 H.: Τιτάν Τιτᾶνος* hic Titanus huius Titani Plautus in Menaechmis 'barbatum . . . . patre'

ME. Ni occupo S. ampliuſ enim ereo ‖ Ni occupo *Da* et, *nisi quod* Niocupo, *C: itemque FZ, nisi quod* hereo *cum Dc et* ME. *ante* ampliuſ *cum Db.* ampliuſ enim ‖ Ni occupo *Ba: quo* uero *post* enim *addidit Bb* (*) 847. aliquod *DcF, Beroaldus, Lambinus.* aliquid *B CDaZ* adſeſ *Ba,* ſ *alt. erasa* (*) 848. me uotaſ in *B* (inhuiuſore). meuota ſin *C.* me uota ſin *D.* me notaſ in *F.* MV. notaſ in *Z* *post* parcere *lenius distinxit R, vulgo ? ponunt* (*) 849. Ni (Nei) ex meis *Muellerus Add. ad Pros. p. 61 praecunte* Ni iam ex meis *Camerario.* Ne iam meiſ *Ba,* (m^{h}. iſ *h. e.*) Ne iam hiſ *BbF.* Nei amiiſ *C.* Negemuſ *Da,* Neg^{ia}. m . iſ (*h. e.* Ne iam iſ) *Db.* SE. Nę iam hiſ *Z* occuliſ *CD* abscedat. in (*i. e.* isne), mala, in S. abſcedat in malam *libri, nisi quod* abſcedaſ *F* (*) 850. ME. *erasum B.* Mu *Db, quod in* Men *corr. Dc* Mul *ante* fuge *suprascr.* Fatiam *CD* poteſt *B.* poteſ *reliqui* 851. adſeruo *C ante corr.* obſerua *FZ* tu *Muellerus Add. ad Pros. p. 89 coll. v. 959. om. libri* (*) 852. Nequo *B.* Neq; *CD* abeat *DcFZ.* habeat *BCDa* ſumne *ex ras. BD.* ſumme *C et ante ras. BD* illa hec *CDa* (h *exp. Dc*). illa hęc *Ba,* h *erasa* audio *BbFZ.* audeo *BaCD* 853. ME *B. om. DbFZ: cf. ad v. 855* Aut *FZ* illunc *FZ* amoui. abigam nunc S. amoui. nunc *B.* amo uinum *CDa.* amo uirum *DbFZ* inpuriſſimum *BCD.* ĩpuriſſumum *F.* impuriſſimum *Z* pūtamẽ, *ut vid., in marg. Dd* (*) 854. Tithonum *Meursius.* titanum *libri, codd. Pyladis cum Prisciano.* tritauũ *Dc marg.* qui cluet Cucino *R Opusc. II*

Íta mihi imperás, ut ego huius mémbra atque ossa atque
ártua 855
Cómminuam illo scípione, quem ípse habet.

SENEX

Dabitúr malum,
Mé quidem si attígeris aut si própius ad me accésseris.

MENAECHMVS

Fáciam quod iubés: securim cápiam ancipitem atque húnc
senem —:
Ósse fini dédolabo ássulatim uíscera.

---

855. *Priscianus inst. VI 77 p. 262, 5 H.:* similiter artus. hoc enim quoque cum neutro etiam genere hoc artu ueteres proferebant, bene secundum quartam declinatur. omnia enim masculina, quae neutra quoque in u desinentia inueniuntur, eiusdem sunt declinationis, ut hic tonitrus hoc tonitru, hic cornus hoc cornu. ergo similiter hic artus hoc artu. Plautus in Menaechmis 'ita mihi . . . . comminuam.' *Nonius p. 191, 10 M.:* Artua neutro genere Plautus Menaechmis 'ita . . . . artua': *cf. Reblinius p. 69* (*om. Vahlenus cum R*) 859. *Nonius p. 72, 28 M.:* assulatim ut minutatim . . . . Plautus Menaechmis 'nisi dedolabo assulatim uiscera': *ubi* fini *Nonium voluisse Vahlenus affirmat, quod si verum esset, certe non hoc vocabulum primum posuisset. Cf. Reblinius p. 57, Caesar p. 28. Praeterea* assulatim *hinc habet glossarium Plautinum: cf. R Opusc. II p. 252*

---

p. 479, cluet *cum Scaligero et Palmerio.* qui lucet cygno *Z ex Prisciano* (*nisi quod* lucit *K,* cyno *KR.* cycno *H.* CYC·NO *B.* cicno *G.* cigno *ADL*). cycno prognatum *BCD, nisi quod* cicno *ex* cirno *Da.* cigno *Dc* (cycno *Dd marg.*) *et* ꝓprognatum *Ba, erasis* ro *litteris.* cygno prognatum *codd. Pyladis.* mofco prognatum *F: cf. v. 408. 1078* (*) 855. ME. *praemittunt FZ* (*corr. Camerarius ex B*) inperaſ *Nonius* ego *ex* enif *vel* eiuſ, *ut vid., Da: unde* ego *suprascr. Dc* cuiuſ *Nonius* menbra *BC.* m̃bra *D* atque *ante* artua *om. Prisciani GLK* artuſ *B, sed* uſ *in litura Bb: cf. testim.* 856. SE. *om. Db, versui* 857 *praemittunt FZ* 857. ꝓpiiſ (iſ *ex* u) *C* accerſeriſ *Da: corr. Dc* 858. ME. *om. Db* Fatiam *BC* ſecuri̇ *Dc.* ſecuri *BCDa* capiam *ex* cupiam *Bb* *Post* senem (*quod duce Camerario in hunc versum adhibuerunt: cf. ad v. 859*) *anacoluthon statuit Gronovius: scilicet caedendi verbum gestu Menaechmus poppysmoque supplet* 859. *Cf. ad v. 858* Senemoſſe fini dedolabo *B: item, nisi quod* Sene moſſe *CDa, ubi* Senem oſſe *corr. Dc,* decolabo *Db.* Senem oſſe fini decollabo *F.* Senem exoſſem niſi dedolabo *Z.* niſi dedolabo *Nonius* (*)

SENEX

Énimuero illud praécauendumst átque adcurandúm mihi. 860
Sáne ego illum metuo, út minatur, né quid male faxít mihi.

MENAECHMVS

Múlta mi imperás, Apollo. núnc equos iunctós iubes
Cápere me indomitós, ferocis, átque in currum inscéndere,
Vt ego hunc proterám leonem uétulum, olentem, edéntulum.
Iam ádstiti in currúm: iam lora téneo, iam stimulum ín manu. 865
Ágite equi, facitóte sonitus úngularum appáreat:
Cúrsu celeri fácite inflexa sít pedum pernícitas.

SENEX

Míhin equis iunctís minare?

MENAECHMVS

Écce Apollo dénuo
Mé iubes facere ínpetum in eum, quí stat, atque occídere.
Séd quis hic est, qui mé capillo híne de curru déripit? 870
Ímperium tuóm demutat átque edictum Apóllinis.

---

860. p̄cauendũ *B* eſt atque accurandum *FZ*. ẽ atq' adcura dum ſi *Ba* (adcuradum *Bb*). eſt atq' adcurã dumſi *C*. ẽ atq' adcurã dũ ſi *Da* (dũ eſt *Dc*, accurandũ *Dd marg.*) 861. Mu *praem. Db* nequid *B* 862 mihi *libri* uinctoſ *Z* 863. ferociſ *FZ* in *om. DFZ* inſcendere *ex* incendere *C* 864. uetulum *Gulielmus.* &ulũ *C.* & ulum *B.* g&ulum *ex* &tulum *Db.* getulum *F.* gętulum *Z* olentẽ *ex* olentũ *Da* edentulum *Pius, Beroaldus.* edentuiſ *D.* edentiuſ *BCFZ* 865. adſtiti *BC ex ras. Da.* adſtitu *C ante ras.* adſtito *Db.* affiſto *Dc.* aſcendo *FZ* in *om. F* manu *Brixius.* manuſt *BCD.* manumſt *F.* manu eſt *Z* (*) 866. ęqui *D* facito te *CDa: copul. Dc* appareat *R* (*ex BC, ut putabat*) *idem post hanc vocem distinguens, cui* Cursu celeri *vulgo adiungebant.* apparent *BCD.* appareant *FZ* 867. facite *B.* facito te *C.* facitote *DFZ* inflexa *Dousa Explan. III 6.* inflexu *libri* fit *BbFZ.* fint *CD.* funt *Ba.* (funt *Bb*) 868. SE. *et mox* ME. *Camerarius. utrumque om. libri* Mihin equiſ *BbDcFZ.* Mihi nequiſ *BaCDa* minare *Camerarius ex Bb.* manare *BaCD.* manere *FZ* æcce *Db.* acce *CDa* appollo denuo· *C* (*) 869. atq' atq' *Da: prius del. Db* (*) 870. (*) 871. SE. *praemittunt FZ* tuum *libri* edictum *FZ.* dictum *BC et rasura ex* dicitum *D* apolloniſ *CDa: corr. Dc* (*)

SENEX

Heu hércle, morbum acrem ác durum. * * *
* * * * * * di, uostrám fidem:
Vel híc, qui insanit, quám ualuit pauló prius.
Ei dérepente tántus morbus íncidit.
Eibo átque accersam médicum iam quantúm potest. 875

MENAECHMVS

Iamne ísti abierunt quaéso ex conspectú meo,
Qui mé ui cogunt, uálidus ut uesániam?
Quid césso abire ad náuem, dum saluó licet?
* * * * * * *
Vosque ómnis quaeso, sí senex reuénerit, 880
Ni me índicetis, quá platea hinc aufúgerim.

---

874. derepente *hinc habet glossarium Plautinum: cf. R Opusc. II p. 252*

---

872. SE. *om. DbFZ: cf. ad v. 871* Heu *FZ.* Eu *BD.* Eo *C* ercle *D* acrem *ras. ex* aerem *D* ac *BCD.* atque *F.* et *Z* *Sic locum constituit* S *cum lacuna ad hoc exemplum explenda:*
Heu hércle, morbum acrem ác durum. ⟨exanimís cubat.
Vt incérta salus est hóminum,⟩ di uostrám fidem:
dii ueſtram *Z* fide *C* (*) 874. Et *FZ* 875. Eibo *CD.* Ibo *BFZ* *Act. V Sc. 3 Singulari in versu* Menechmuſ idem *habet B,* Menęchmuſ idem *C* (*uno praeterea vacuo*), Menechmi quidẽ *Da, sed erasis* qu *litteris. Vna autem scaena, quae hinc incipit, comprehenduntur in libris v. 876—888, nisi quod signo* 9 *v. 882 separavit Da. Quam* MENECHMVS IDEM . SENEX IDEM *inscribit B,* Menechinuſ Sacereuſ feruuſ *F,* Menęchinuſ. Sacęruſ feruuſ *Z. Recte v. 876—881 huic scaenae, proximae v. 882—888 Bothius post R. Warnerum tribuit novumque adeo actum a v. 882 exorsus est* 876. Iam neiſti *B* abieẽ *D.* abiere *FZ* queſo *D* conſpectũ eo *CDa: corr. Dc* (*) 877. ualiduſ ut uesaniam *Bothius.* ut ualiduſ inſaniam *libri, cum spatio ante* inſaniam *C* (*) 879. *Intercidisse talem fere versiculum sensit R:*
Facesso hercle ex his turbis iam quantum potest
880. omniſ *libri* (omiſ *B*) queſo *D* 881. Nime *B.* nime *CDa.* ne me *DcFZ* hinc *om. FZ* (*)

ACTVS V

SENEX

Lumbí sedendo, óculi spectandó dolent,
Manéndo medicum, dúm se ex opere récipiat.
Odiósus tandem uíx ab aegrotís uenit.
Ait se óbligasse crús fractum Aesculápio, 885
Apóllini autem bráchium. nunc cógito,
Vtrúm me dicam dúcere medicum án fabrum.
Atque éccum incedit. móue formicinúm gradum.

---

882 *sq. Ausonius Lud. sept. sapient. v. 131 sq.* (*Chilon. 1 sq.*): 'Lumbi . . . . dolent Manendo Solonem quoad ad se se recipiat' (*cf. Ter. Phorm. 462*): *ubi* oculique *pro* oculi *olim ediderunt, ex Camerariana scilicet, quod mox 'ex Ausonio' Plauto reddebat Geppertus in Act. gymn. Berol. a 1865 p. 903 Bergkiusque Opusc. I p. 678, ipsius Ausonii emendationem habebant R Nov. ēxc. I p. 72 adn., Goetzius Act. soc. phil. Lips. IV p. 355, Vssingius: cf. Hauptius Opusc. III p. 520 et Schenkelius Stud. Pl. p. 57 [665] adn.* 888. *Priscianus inst. I 59 p. 79, 18 H.:* item i seruant omnia quae a nominibus mutorum animalium cuiuscumque sint declinationis, deriuantur in hanc formam: aper aprinus, caper caprinus, ceruus ceruinus, porcus porcinus, taurus taurinus, ferus uel fera ferinus, canis caninus, lepus leporis leporinus, lupus lupinus, formica formicinus — Plautus in Menaechmis: 'atque eccum . . . . gradum' — hirundo hirundininus *e. q. s.*

---

882. *De scaenarum distinctione vide ad v. 875* Se *praemittunt BZ,* Sac. *F* oculi ſpectando *DcF, Saracenus cum Ausonio.* oculi exſpectando *BC.* oculi expectando *DZ* (*) 884. egrotiſ *BCD* 885. abligaſſe *F* cru̅ *Da.* cru^{s} *Dc* factum *F* 886. autē autē *B* nuncgito *CDa: corr. Db* 887. medicam *C.* me dicā *ex* medicā *Dc* (*) 888. moue *libri cum Prisciani omnibus Hertzianis, ubi* mouet *cum Pylade et Putschiana Halberst. m. sec. teste Hertzbergio* (*) *Sequuntur in B singulari versu perscripta* Aduleſcenſ meſſenio

MEDICVS. SENEX

MEDICVS

Bothius)' *R. Totum locum secl. Weisius* (*v.* 154—157 *Sonnenburgius: v. s.*). *Brixius cum olim in progr. a. 1847 p. 2 sq. v.* 154 *post v.* 151 *collocans Menaechmo cum v.* 152 *continuaverit* (*deleto* atque *ante* hunc), *postea cum Teuffelio assensus est Ladewigio. Transpositionem etiam Buggius impugnavit* '*Tidskr.*' *VI p. 2 sq.* (*cf. Philol. XXVIII p. 358*) *pro* sepulcrum *coni.* bustum, *ubi* Clam uxoremst ubi sepulcrum habeam *temptavit Vahlenus leni sane mutatione tria vitia foediora inferens,* Clam uxoremst ubi pulcre habeamus *Vssingius,* Clam uxorem ubi sepulcrum habeamus, ibi c. d. *Onions p. 57. Ex quibus unus Vssingius recte sensit* sepulcrum habere *minime comparari posse cum* '*funus facere*' *v. 492: neque tamen hoc removendum mutatione prorsus improbabili, sed explicandum aliter ex eis exemplis quae tetigit Lorenzius ad Pseud. v. 412 R. admissa lacuna quam ipsi libri produnt.* atque *post Brixium delebant Fleckeisenus Annal. phil. LXI p. 19 Lorenziusque, quod item prava verborum explicatione nititur.* Vxorem *in versus initio iterato possis* atque hunc uramus (*coll. Leg. XII tab. fragm. XI 9, al.*). Vbi sepulcrum habeamus atque comburamus hunc diem *Goetzius.*

155. dimidiatus mortuost *cum Gellio R. Libros seculus sum non propter ea quae disputavit Vahlenus Herm. XVII p. 617 sq.* (*de Gellio falsa referens*), *sed quia* est *cum* dimidiatus *coniungendum propter sententiam,* mortuos *cum* dies. *Cf. Trin. 494.*

156. obloqueris *Bothius: cf. Muellerus Pros. p. 579 sq.* — 'per folum *monstrum scripturae quod perdomare nescii*' *R: neque perdomuere Buechelerus Mus. Rhen. XII p. 132 sq.* semorum *ex glossa commendans aut Lentzius Var. Lect. (Regiom. a. 1852) p. 25* pessulo *corr. ante Madvigium Adv. II p. 7 Hoppiumque Annal. phil. CVII p. 244 (adde ibidem Fleckeisenum Hertziumque CIX p. 250 et Buggium Opusc. ad Madvig. miss. p. 152) aut Kayserus de* peruolim *cogitans in censura Annal. Heidelberg. XLVII (a. 1854) p. 419 (nedum Crainius* et cor simul *proponens Act. gymn. Berol. XX p. 476). Spengelii explicationem Philol. XXVII p. 340 ex Poen. v. 571 haustam cum merito explosissent Fleckeisenus Muellerusque, amplexi sunt Brixius Wagnerusque. Rectius quam de solo cum radicibus everso (Vssingius) de ipsorum oculorum solo simul perfosso cogitabis coll. v. 1014 et Stat. Theb. I 55. Ceterum* pessulo *ne Titinii quidem v. 30 recte defendi poterit.*

159 *sq.* ab lenonio cauo *Pareus. Mox post* Eu (*de quo cf. Fleckeisenus Philologi II p. 88*) *dist. Bothius* (*vulgo post* edepol): *quod* '*Menaechmo continuari rectius*' *Vahlenus opinatur. At cf. Langenus* '*Beitr.*' *p. 198.*

164 *sq. Verba* captum sit collegium *Peniculo tribuit Lipsius Ant. lect. II 13, ubi* augurum *in fine adi. Pylades,* si siet *corr. cum Bothio R de v.* 165 *addens* '*sententiae summa dubitari nequit quin haec fuerit: non melius coniecturum quam memet puto.*' fuat *pro* siet *Muellerus* '*Nachtr.*' *p. 83. Vssingius temptavit:* Pe. Cape sis augurum collegium Coniecturam qui meliorem faciat non inueneris. *Leo l. s. s. p. 21:* id unde captum sit. Pe. Collegium ‖ Conuocassis hariolorum, certiorem haud fecerint. *At duorum versuum partes conflatas esse aberrante librario a* cui sit *ad* captum sit, *ipsa res docet et confirmant vestigia Ambrosiani* (*ex quo minus recte* FACERECO^T———— *et* CUO·.·.·S··ATA————

notaverat ℞, *non meliora Geppertus*). *Agi de* '*coniectorum*' *collegio conexus monstrat* (*de* conregium *hariolatus est Palmerius Spicil. p. 251, de collegio* '*parasitico*' *Gruterus*), *nisi fuit velut* ⟨Pe. Odoratur meum⟩ Cito res nasum, ⟨uatum quasi si⟩ c. s. c. — *V.* 166 quid olere abstines? *Lipsius.*

167. me olfactare oportet *Camerarius, Brixius Quaest. p. 36.* uolfactare oportet *Kochius Em. Pl. p. X.* olfactare omne oportet ℭ.

168. *De* spurcatur *ne dubites duce A cf. Lucilium XXVIII 60 M.* spurcare *Colvius.* — inlucido *def. Scioppius.* illaetabili *Lipsius Elect. I 21.* insubido *Pareus* (*et* madore). mucido *Colvius: optime, nisi in* inlu *libri consentirent cum Nonio.*

169. dic facta '*prisca lectio*' *Pius idemque* haec (*pro* hinc) '*alibi codicum*'. — lepide. ut *distinctionem ex Mil. v. 763 def. Vahlenus l. s. s. p. 607 sq.: rectius idem* decet *def., ubi* licet ℞ *cum Acidalio* (*qui etiam* cedo *proponebat*), olet *Seyffertus Philol. XXVII p. 452. Quae exempla attulit Vahlenus Poen. 861, Mil. 315 sq. tam* decet *firmant quam distinctionem Vahlenianam reprobant. Neque ipsum fastidium decet parasitum prodere, sed lepidum tantum. Fortasse tamen* ut *non transponendum, sed delendum ut adscriptum olim ad efficiendum* lepide fastidis, ut decet.

171 *sq. Non recte alterum tantum novorum versuum Menaechmo tribuit* ℞, *pravissime Vahlenus cum aliis utrumque Peniculo continuavit: nam aperte trium verborum vaticinium et collaudat et pluribus exsequitur Menaechmus: ut igitur v. 173 sq.* scortum, prandium *illustrant, ita priora ad* furtum *pertinuisse ipsum subiectum v. 173 deficiens demonstrat: unde simul Sonnenburgii de his versibus dubitationes aptius refutantur quam Langeni verbis p. 298.*

175 *sqq. Post* poterimus *Menaechmi verba interrumpi a parasito Loewius volebat. Rectius potandi gestu orationem compleri dicemus: cf. ad v. 858. Neque haerendum erit in hac diiambi forma. Vix recte* poti erimus *correxeris coll. Gellio II 25. Neque* poterimus *neque prius* Eu *detegens alterum post v.* 175 *seorsum scripsit* ℞, *ubi* Eŭ ĕxpedite *alii admiserunt.* — fabulatus *om.* es *Olsenus p. 30. Ceterum* ferio foris, feri *post Luchsium Studem. Stud. I p. 54 aliosque (adde Baierum p. 163. 170) praetulit Vahlenus!* — Vae *pro* Vel *Gronovius: cf. Muellerus Annal. phil. LXXXIII p. 266, Langenus* '*Beitr.*' *p. 69.* — Millepassum (*ὑφέν*) *Camerarius et Turnebus Advers. XVIII 14.* — commoratus *om.* es *Olsenus p. 30.* — *Ad supplementum nostrum cf. Bacch. 200 sq., Capt. 89, al.*

180. obsecro te hercle *Lambinus.* — ab se (*cf.* ℞ *Nov. exc. Pl. I p. 52 adn.*) *defendi posse visum Hermanno in Iahni Annal. philol. nov. XXXV p. 195 post Meursium Handiumque Tursell. I p. 24.* apse *Ribbeckius tragic. fragm.*[2] *p. XXXVIII sq.* — uides *sublata interpunctione retinuit* ℞: *at cf. Beckerus in Studem. Stud. I p. 293, Baierus l. s. s. p. 53, alii. V.* 181 occaecatur *Vssingius, vix recte: cf. Trucul. v. 353 sq.:* occaecatus *om.* est *def. Olsenus p. 83.*

182 *sqq. Post v. 182 excidisse Peniculi responsum opinabatur* ℞ *versum sequentem* (*184*) '*nec posse Erotii esse versum 182 continuantis*' [*ut praeeunte Saraceno voluerat Acidalius* Idem istuc *mutans in* Item ut] *statuens* '*nec ullo modo Peniculi, sed Erotii sua superbia laesum eamque conquestum parasitum placantis et consolantis*': *idque confirmare*

studuit computatione de A instituta, quam reliquiae accuratius indagatae refutarunt. Recte autem Brixius aliique Peniculum ipsum his verbis non magni facere Erotii superbiam sumpserunt. Ceterum alias *pro* aliis *Scaliger. De exitu v.* 184 '*prave Beckerus Quaest. p. 13 iudicat: recte Kampmannus de re milit. p. 9*'.

185 *sqq. Versui 185* P *praescr. Bentleius quo nescio an verba insequentia potius spectaverit.* Ergo isti ac mi hodie *Acidalius: cf. R N. exc. Pl. I p. 91* (*ubi de* Ego istic mi hodied *cogitat*). — *Idem Acidalius* iussim (*sic R*) *vel* iusso, *Brixius a. 1847 p. 18* iube sis (*ceteroqui cum Acidalio faciens*): *cf. Cramerus de perf. coni. usu potent. ed. Marburgi a. 1886 p. 10. Deinde* prandium *Scaliger, Salmasius* (*at cf. Ribbeckius p. 534 sq.*), *ubi* proilium *auctore Mureto Var. L. VI 4 Lambinus, ut v.* 186 (*ubi* pro llio *Camerarius*) *cum iisdem ex libris Ciacconius, Popma, Lipsius, alii* (*etiam Fleckeisenus Annal. philol. CVII p. 411 adn.*). *Praeterea* Hodie id feci. nae *cod. Pyladis.* Hodie ut fieret. in eo *Camerarius construens cum superioribus. Verba* in eo — noctem sies *Peniculo tribuebat* (*post Bentleium?*) *Vssingius assentiente Ribbeckio, qui* certabimus *pro* potabimus. *At quomodocumque verba aut corrigimus aut distribuimus neque cum personis neque cum reliqua scaenae parte congruunt. Post v.* 188 *intercidisse unum Langenus putat, cum novam recensionem inde a v.* 189 *usque ad v.* 208 *sqq. statuat Sonnenburgius p. 5 sq. At Peniculus cum salutem interruperit recte Menaechmus ipso statim v.* 189 *salutat meretricem: versus autem* 185—188 *rectius fortasse locum parallelum habebis propter v. 182 sq. adscriptum quam scaenicae retractationi tribuas. Versu* 188 *desperato* Tua legio est *e codd. ant. affert Pylades.* Tua haec est legio: adiudicato *Pareus.* Tu tua ex lege (Ex tua lege *Geppertus*) adiudicato *Gruterus.* Eum leges: tu iudicato *R dubitanter.* Tua erit legio: iudicato *Kayserus l. s. s. p. 419.* Tuus est: legito ac iudicato *Vahlenus Mus. Rhen. XVI p. 631.* Tuomst eligere ac iudicare *Wagnerus.* Tu selegito ac iudicato *Vssingius.* Tuost: legioni adiudicato *Ribbeckius.* — cum utrone *R cum Fleckeiseno.* cum utro tu *idem olim.* cum utrod *idem N. exc. Pl. I p. 64.* tu cum utro *Kayserus.* te, cum utro *Beckerus in Studem. Stud. I p. 188 adn. At praeter hiatum* (*quem fuit qui* istanc *scripto removeret*) *ipsum pronomen offendit pugnatque cum verbis* uter — cantharo (*quam offensionem augent ex parte conamina priora, velut Vahleni*). *Ceterum v.* 191 exuuiae erosa *inde a Scutario edebatur, ubi* orosa *pro* erosa '*in codd. defecatis scriptum esse*' *Pius dicit.*

192. imperat '*alibi legi*' *Pius dicit: et sic Scaliger.* imperant *Vssingius. Cf. Martialis XI 41, 2. At optime* impetrant *consentit cum verborum negare, facere, solere, sim. usu erotico. Mox* tantisper perblanditur *Camerarius.*

195. '*Inter v. 193 et 195 excidisse versum cum sententia arguit tum Ambrosianus docuit, in cuius pagina 409 suprema duorum versuum spatia apparuerunt pro eo qui vulgo est 195. Legi autem nihil potuit*' *R. Vnde olim Vssingius temptabat* ER. Falso tu te amare ais, qui maledicentem sic feras: Nam *e. q. s.! Item hariolatur Reblinius l. s. s., cum recte Geppertus Stud. II p. 65 sq. iudicaverit* (*nisi quod* UIDET *ex versu 193 legi dicit in primo paginae versu, ubi nihil legitur, exstitit autem* ATUIDET *potius*). *V.* 195 *duce Nonio* iam dudum oportet

L. Muellerus (*cui* Nam si amas *praecesserit*) *valde incerta ratione. De* nassum *scriptura cf. Baierus l. s. s. p. 99. V.* 196 quod suaue est uolo *Pius e v. c.:* quasi Ioui uolo *Meursius e v. c.* (*unde* pacere *corr.*).

200 *sqq.* Pe. *hoc loco inserere malui quam* Me. *v.* 202 *delere cum ceteris, quia et ipsa sententia et forma voce 'periculo' repetita ad aliam personam eamque parasiticam provocant: quo aptius eidem iam v.* 203 *sq. continuantur cum libris aliter ad spectatores dicenti* (*ubi artificiosius priorem Menaechmo continuavit Gruterus, Erotio tribuit Bothius, quod probarunt Ladewigius Philol. I p. 293, ℜ, alii*)*: itemque optime huic rationi v. 205 sq. respondent. Quod vero tacita iam donum accipere meretrix videtur, non mirum, melius cum gratias agere voltu suavioque quam verbis possit. Ceterum v.* 201 Haud Herculeus aeque *Kochius Mus. Rhen. XXV p. 618,* Haud Herecoles (*vel* Hericules) aeque *Bergkius Mon. Anc. p. 51 adn.,* Haud Hercles adaeque *Brixius in adn.* (*cf. Birtius Mus. Rhen. XXXIV p. 16 sq.*) *neque Festi testimonium respicientes quod a Muellero aliisque recte huc tractum omiserat Ritschelius neque rationem grammaticam, quae* haud *ut traiciamus suadet. At ne* umquam *quidem exemplis huic loco prorsus accommodatis explicatur, quo libentius Festum sequar aliorsum ducentem. De* mieis *scriptura v.* 202 *cf. Schwabius p. 407 sq., Thurneyssenus Kuhni Act. XXX p. 499 sqq.*

205. *De* ego istanc anno emi *cogitabat ℜ in adn. assentiente Muellero 'Nachtr.' p. 49.* ego emi istam annod *idem N. exc. Pl. I p. 66.* emi ego istanc anno iam *Bentleius. Nescio an optime* emi *inter* uxori *et* meae *collocetur, ubi facillime aut propter litteras* ime *omitti aut propter disiunctionem traici potuit.*

207. uolo te *cum A ℜ,* uolo ted *cum eodem N. exc. Pl. I p. 37 Wagnerus: at cf. Baierus l. s. s. p. 150, Kaempfius de pron. pers. p. 4, alii. Pro* scio *Acidalius* si scio *ad sententiam requirebat,* hauscio: set *ℜ,* cedo *Brixius laudante Muellero Pros. p. 734,* ubi scio *Vssingius:* scio *coll. v. 187 post Lorenzium def. Wagnerus, melius coll. v. 677 Sonnenburgius. Mox* igitur nobis (*del.* tribus) *Bothius.*

209 *sqq. Versus* 210—212 *Peniculo dedit Bothius itemque una cum v.* 209 *Ribbeckius: ubi novae personae nulla probabilitas est. Sane prorsus parasitica sunt, sed aliunde illata, id quod praeter alia* Atque actutum *demonstrat v. 213 artius cum v. 208 coniungendum. — V.* 209 sit omentorum *Pylades,* sis amentorum (*vel* om.) *Meursius. — V.* 210 *'mira scitamentorum nomina satius duxi intacta relinquere' ℜ, ubi* glandulam *codd. Pyladis,* glandionidem suillam *Salmasius,* Glandium, callum, suillum *Scaliger;* aut *in hoc versu ab uno A traditum ante* laridum *trai. ℜ, quem secuti Vssingius post Gruterum patronymica substantivis* suilla *et* laridum *adici voluit, Schwabius p. 408 sqq. adiectiva* suillum *et* laridum *patronymicis: utrumque contra usum ipsamque probabilitatem, cum patronymica iocose ficta cum aliis substantivis coniungantur, velut Trin. 1022, Mostell. 356. Cum A faciens* laridam *corr. Langenus Philol. XXXIII p. 709, ante* suillam *iterabat* aut *Weidnerus Advers. p. 14. Deinde* peronidem aut ‖ Sinciput aut polimenta *Camerarius, ubi pro* peronidem *Lambinus* pernam, pedem, *Scaliger* parotidem *vel* petiminem (*sic*)*; pro* aut polimenta (*quod e Festo petitum*) aut omenta *Bothius.*

212. *Cf. Turnebus Advers. XVIII 15* (Madecta *Meursius!*). — in mensa *Lambinus probantibus omnibus: fortasse recte, sed minime*

necessario, quamquam alibi apud Plautum inmensus *non extat.* — *Pro* miluinam (MULUINAM *Ar*) bulimam *coni. Bernaysius, unde* quae anteposita in mensa mihi bulimam suggerant *R Opusc. II p. 599,* quae mi adposita in mensa suggerant bulimiam *Onions l. s. s. p. 57* (*aut* bulimiam *aut* bulimum *Scaliger ad Festum*). *Recte illi dubitarunt de* miluina *scil.* '*fame*': *vix probabilius* miluina *accipiatur coll. piscina, al. de loco ubi miluos* (*i. e. fames*) *habitet, i. e. de ventre avido. At certe* miluinam *ipsa singularitas tutatur. Facilius admiserim* inmensam *ad* miluinam *adscriptum depulisse velut* essuriem.

214 *sq. V. 214 Peniculo dedit Bothius, eidem verba* dum c. i. p. *et mox* propera modo *Ribbeckius p. 335 dubitanter* (propera modo *etiam Lachmannus*).

216. tute *Bothius olim: de* tu hac me *cogitabat R* (*immo* hac tu me*: cf. ad Trin.*[3] *v. 1109*). *Cf. Muellerus Pros. p. 635.* — tete seruabo et sequar *vel* te(d) seruabo et te sequar *Bergkius* '*Beitr.*' *p. 40, gravius tamen mendum et* tis *formam suspicans* (te insequar *idem Opusc. I p. 678*). te seruabo usque et sequar *Brixius in adn.* te et seruabo et consequar *Weidnerus l. s. s.* te et seruabo et insequar *Vssingius. At* sequar *unice verum et propter usum et propter allitterationem. Duce A* Sequere tu. ⟦Ego uero te seruabo sincere et sequar *vel* ⟦Ego uero sedulo et seruabo te et sequar *S*.

217. deum *ex B cum notaverit R,* dium diuitias *Kochius Ann. phil. CI (a. 1870) p. 284,* diuom diuitias *S* '*phil. Rundsch.*' *a. 1882 p. 724 adn. et Leo Mus. Rhen. XXXVIII (a. 1883) p. 3 corr. Sed quamvis lubenter hunc lusum Plauto tribuas, tamen non recte inferas hoc loco, cum Aulul. 166. Trin. 490 ne possis quidem inferre.*

219 *sq.* argentum. tris eccos *Geppertus.* argentum. en eccos tris *Lachmannus.* argentum hoc. eccos tris *Muellerus Pros. p. 555.* — '*an* habe *potius pro* habes*?*' *R. Mox* uide tribus *pro* tribus uide *R: cf. Muellerus Pros. 218.*

221. quoiusmodi ei homines *R.* quoimodi eis homines (eis *cum Vsenero*) *Brandtius de gen. p. 48.*

222. Ego, Menaechmus et parasitus *del. priore* et *R cum Brixio in progr. a. 1847 p. 4.*

223. octo munus hominum *R cum Murcto Var. lect. VIII 11.* hominum munus octo *Guietus.* octo homonum munus *Bergkius Opusc. I p. 148.* octo hominum una munus *Lachmannus.* octo hominum unus munus *Muellerus* '*Nachtr.*' *p. 97 ante Palmerum Hermath. XI p. 32: at primum quidem eiusmodi soni lusum non sine verborum ipsorum concentu adhibet Plautus, deinde prorsus improbabile est* munus *in A in* nunc *abiisse: quare cum utraque recensio hiscat, eo rectius* nunc *adhibemus, quo facetius οἷοι νῦν βροτοί* (*cf. Pers. 385. Trin. 1032*) *hoc loco dicuntur non aliter ac μεγάλους adiecit Eubulus in fragm. inc. 1* (*ἕνα γὰρ ἐκεῖνον ὄντα δύο λογίζομαι | μεγάλους, μᾶλλον δὲ τρεῖς*).

224. cura tu haec '*in priscis exemplaribus*' *esse Pius dicit.* cura. ⟦ilicet *Buechelerus Mus. Rhen. XII p. 133 improbante Vssingio.*

227. quam aliquam quom ex *Muellerus* '*Nachtr.*' *p. 128,* quam si quam ex *Brixius, languidissime. Cf. Schererus de* QVANDO *partic. p. 26 adn., Baierus l. s. s. p. 169, qui quod v.* 226 Nullast uoluptas *praeferre videntur, ob allitterationem hoc loco valde conspicuam alterum*

cum plerisque retinui: eadem non minus quam linguae usus exquisitior v. 228 prospiciunt (procul) *Placidi* (*cf. eundem v. 229 — ubi possis* [con]spicias *pro* uideas *— ipsumque eius lemma*) *commendat.*

229. Quom aduenienS *Bothius.* — fuat *dubitanter Acidalius.*

230. nunc Epidaminum *Hasperus* (*cf. ad v. 33*). huc in Epidamnum *Goerbigius* '*nominum quibus loca significantur us. Pl.*' *ed. Hal. a. 1883 p. 34. — Cf. Langenus Stud. Pl. p. 149 et praef. Mox* circuimus *R cum Z: cf. Fleckeisenus Ann. phil. LXI p. 24, Spengelius T. M. P. p. 216.*

234. sextus *om.* est *Camerarius cum A: cf. R Opusc. II p. 610, Seyffertus Stud. Pl. p. 25 adn.* (*ubi* sextus est *def., recte* ei rei *monosyllaba esse debere inculcans*): *omisit hunc locum Olsenus p. 94.*

235. Istros *et* Ilurios *R addens* Ilurios *prima syllaba brevi dixisse Plautum videri,* HILURICA *autem etiam Trin. 852 esse in A, ubi cum Fleckeiseno Epist. p. IX, Cens. p. 29 sq. fecit in ed. alt.* Histros *ante* Hilurios *trai. Schwabius l. s. s. p. 412 obloquente Brixio. —* Illures *Scaliger.*

236. omne superum *Bothius olim.* superum iam omne *R.* superumque omne *fuit qui suaderet probante Kochio Em. Pl. p. IX, refutante censore* '*phil. Anz.*' *V p. 253. Cf. Spengelius T. M. P. p. 234, Darnmannus p. 16.*

239. inuenisses: appareret *del.* si *Spengelius Philol. XXIII p. 559 refutante Muellero Pros. p. 514 adn.* (*post quem acta egit Vahlenus Mus. Rhen. XXVII p. 175 sq.*). *Cf. Blasius de mod. temp. permutat. p. 9 (65).*

242. istunc *cum Bb contra ABaCD Hasperus* '*phil. Anz.*' *XIII p. 32 sq. itemque* istum, *servato* (qui) id, *Weidnerus Advers. p. 14: cf. Beckerus in Studem. Stud. I p. 310 adn.*

243. '*Profectus esse ab interprete videtur*' *R. Oblocutus est Kayserus l. s. s. p. 417 et rectius iudicans Brixius.*

244. *Versum eiecit Ladewigius Philol. XVII p. 463 offensus in* praeterea *voce* (*cf. Handius Tursell. p. 547*) *pro qua* postidea *Bentleius. At v. Lorenzius ad Most. 75. Longius progressus v.* 240 – 246 *alii recensioni tribuit Sonnenburgius p. 6 sq.: at cf. Langenus Stud. Pl. p. 42.*

245. uiuum numquam *Dousa fil.* uiuos numquam eum *R in adn. dubitanter. Cf. ad v. 244. — V.* 246 carus sit cordi *cum A R, alii: at vide Baierum l. s. s. p. 165.* cordi carus sit *Geppertus, fortasse recte. De v.* 247 *cf. sis Fischerum de Ter. sectat. Pl. p. 43 et Luebeckium* '*Hieronymus quos noverit scriptores*' *p. 108. Hieronymum vero proverbium* '*iuxta comicum*' *exhibentem non ad Plautum, sed ad Terentium (And. 941) respicere inde concludo, quod Comm. in Zachar. II 8 t. VI B p. 851 et Dial. c. Pelag. II 30 t. II B p. 780* nodum in scirpo, *non* in scirpo nodum, *habet: neque in contrariam partem valet Contra Ioh. Hierosol. c. 3 t. II A p. 409:* qui inimicus est etiam in scirpo nodum quaerit.

249. facessas et discaueas *Saracenus.* facessas doctum et discaueas *R cum Camerario* '*quo tamen poetae manus restituta esse credi nequit*'. facessas atque tibi caueas *Kayserus l. s. s. p. 419.* hau facessas doctum, si caueas *Brixius dubitanter* (*ubi* si, *non* hau, *probat*

Lorenzius l. s. s. p. 1211). fac teneas: aluom edis, caueas *(!) Gertzius apud Vssingium* (Dictis si abstineas eiusmodi, c. *Vssingius olim!*). facessas, dātum edis, c. *Leo Hermae XVIII p. 576* (edis datum *commemorans et post* malo *gravius, lenius ante* non *distinguens*). facessas, datum edis, si c. *Onions p. 58 sq. post v. 249 lacunam statuens* (*e. g.:* MES. Tute hinc domum facessas, si c. m.) *sine ulla ratione. Cum* facessas, *in quo consentiunt plerique* (*inducti locutione* hinc facessere *prorsus aliter comparata*), *apte defendi nequeat,* edis *in quo consentiunt libri explices ex Amph. 309, Ter. Phorm. 318. De* sis caueas *cogit. Neumannus de compos. a* DI(S) *incip.* (*ed. Ienae a. 1885*), *quod* caue sis *esse debere monuit Seyffertus.*

250 *sq.* Hem *post alios def. Langenus* 'Beitr.' *p. 264.* Em ílloc *in proximi v. initio scr. Brixius* (*cf. progr. a. 1854 p. 15 sq.*) *assentiente Ribbeckio de partic. p. 30 Wagneroque, ubi* ením *non admittentes* uerbo iam ℛ *in ed.,* uerbo tuum *Fleckeisenus,* ex (*vel* de) uerbo *Muellerus Pros. p. 487,* uerbod ℛ *Nov. exc. Pl. p. 74: cf. Luchsius de gen. p. 52,* uerbo, ere, 𝔖.

258 *sq.* Nam ita est haec hominum natio hic Epidamnia *Camerarius* 'quod fraudi fuit Fleckeiseno Philol. II p. 81'. Nam ita istaec hominum natio est Epidamnia *Bothius itemque, sed* Epídamini *Hasperus l. s. s. Hiatum* natio Epidamnia *defenderant Kampmannus Annot. p. 3 et Lachmannus in Lucr. VI 734 p. 388.* natio: ipsi Epidamnieis (*nomin.*) *Vahlenus Mus. Rhen. XXVII p. 176, ubi* ipsi *neque A capit neque sententia* (*comparat v. 100, ubi dominus cenae opponitur invitatis!*). natio quae Epidamni habet *Vssingius* 'ad sensum'!

265. *De* huc *hoc v. et antecedente collocando cf. Baierus l. s. s. p. 74. 170. Mox verba* iam . . . . metuis *casu absunt ab ed. Camer. De* duas *vel* duis *v.* 267 *cf. Wagnerus ad Aulul. 236: illud praetulit Brixius.*

268. Magnus tu amator ℛ *cum Bothio.* Tu amator magnus *Fleckeisenus recipiente Brixio.* Tu magis amator *Weidnerus Advers. p. 15.* Tu magnu's amator (*om.* es *post* mulierum) *Bergkius Opusc. I p. 678, qui debuit saltem et fortasse voluit* Magnú's amator. *De* Tu magnus moechus (*coll. Mil. 775*) *vel* molitor (*coll. Auson. epigr. XC 3*) *cogitaveram ante cognitum A. Non displiceret* Tu magnus meiles mulierum *coll. v. 183 sqq., Trucul. 230, Persa 232 sq., al. Ad* tritor *cf. Pers. 420. 795 cum Capt. 888. Vitium def. Vahlenus Herm. XVII p. 604: cf. praef.*

269. animi perciti *Lipsius Ant. lect. II 13 probante cum aliis Brixio* (*qui de B errat cum Grutero*): *fortasse recte, etsi* animi perditi *defendi poterit coll.* animum despondit *v. 35 aliisque locis: ac solent facilius irasci qui animum desponderunt* (*ut Hegio in Captivis*). *De v.* 270 *cf. Muellerus Ann. phil. XCI p. 560.*

271. Tu ne ℛ: *cf. Schererus de* QVANDO *partic. p. 32, Kaempfius de pron. p. 41.*

273. sententia Bonum *construendo iunxit Gruterus. Cf. v. 1019, Trucul. 964, al.*

275. uideon? au tergo *Acidalius: at cf. Ribbeckius fragm. com.*[2] *p. LXVI.*

276. *De* inambulant *praeterea cogitabat* ℛ, deambulant *Onions l. s. s. p. 59: at recte* obambulant *et Muellerus praetulit Pros. p. 487*

coll. Capt. v. 491 et Brixius (*in adnotatione et* Priús iam conuiuae ambulant *et* Prius iám conuiuas ambulant *commemorans*). — *V.* 277 obsonatus *Pylades,* colloquar *Aldina.*

278 *sqq.* 'MES. di te ament, scis quis ego sum? *Camerarius. Proximi v. initio* Noui *pro* Non *Acidalius. Quo ascito Bothius alio tempore* MEN. di te amabunt: scin quis sum, *alio* M. di te amabunt. quis ego sum, *alio* M. di te amabunt quisquis sum. *Verum inter illos duos versus, quorum nunc principia tantum servata sunt, novum A interpositum habet, cuius nihil nisi quinto loco* Q *littera apparuit. Vnde talem fere fuisse sermonum rationem confidenter conicias:*

CY. Menaéchme, salue. MEN. dí te amabunt quís[quis es.
Tun húnc scis qui sit, quí sciat] quis égo siem?
MES. Non hércle uero. CY. ubi [súnt] conuiuae céteri?

Similem viam Fleckeisenus ingressus hoc exemplum proponit:

CY. Menaéchme salue. MEN. dí te amabunt quísquis [es.
Set nímis demiror quí tu noris, quís] ego sim.
CY. Noui hércle uero: sét ubi conuiuaé tui?' *R.*

V. 280 *totum cum Fleckeiseno Cylindro dabat Lorenzius l. s. s. V.* 278 quisquis es. ⟦Ego sum hercle uero *Bentleius adscripserat. Ceteroqui cum Ritschelio faciens pro altero versu Vssingius male fingebat:* Tun huic Messenio dixisti quis ego sim?, *ubi propius ad veram sententiam accedens Sonnenburgius coco tribuit* Non me nouisti aut nescis quis ego sim? *De* Quid quaeris f — *duce A in huius v. in. cogitaverat Loewius. V.* 280 sunt *cum R suppl. Muellerus Pros. p. 650, cum ille postea N. exc. Pl. I p. 86* uerod, *Bergkius 'Beitr.' p. 119* cubi *adhibuerit. Cf. Brixius in progr. a. 1854 p. 12, Olsenus l. s. s. p. 71. Ad* ubí *cf. Trucul. v. 360* (*praef. p. XXXIV*).

282. *De* oe *interiectione ex A recepta cf. Donatus ad Phorm. IV 4, 28:* unde et uocem eiusmodi dabant [*scil.* harioli] quae est OE: quod OE sonus exhalandi uim praestat. *Adde glossam cod. Sang. 912 apud Warrenum 'on Lat. gloss.' p. 171, 92:* Oe compellatio personae. — certo *R: at cf. Langenus 'Beitr.' p. 25. Mox* Dixtin *vitium Aldinae.*

285 *sqq.* '*Pro versu 286 duos A habet quorum prior his litteris* UBI****SMEUS *terminatur. Vnde consentaneum est sic fere scripsisse Plautum:*

CY. Penículum. [MEN. quis is Penículust aut] ubi is ést meus?
MES. Penículum túum eccum in uídulo saluóm fero'.

Sic R, quem de A fefellisse opinionem teste Loewio iam Goetzius monuit Mus. Rhen. XXXV p. 483 (cf. v. 283 sqq.) neglegente Vahleno in editione, cum Ribbeckius l. s. s. p. 536 versum deperditum ex parte saltem Menaechmo tribuere videatur mox Peniculum — eccum *Messenioni continuans cum hiatu defendendo. Pro* Meum Peniculum (*F Z*) Tuum Peniculum *Saracenus; pro* (tuum) eccum *Geppertus* eccum hunc, *Schenkelius Stud. Plaut. p. 623* ecillum *proposuerunt,* indu uidulo *Birtius Mus. Rhen. XL p. 545 sq. Mox* fero, Menaechme. CY. *commendavi 'phil. Rundsch.' II p. 721 adn., coll. v. 297 sq. 382 sq.* (*facilius enim v. 278 allocutionem neglegere potuit Menaechmus nondum excitatus*), *cui mutationi A non favet, sed B fortasse,* CY. *in v. in. omittens et spatium inter corruptas sane primas voces exhibens. Ceterum* menehme num uero *in 'reverendae vetustatis exemplaribus' esse Pius testatur. Cf. ad*

v. 317 sq. De v. 287 *per ironiam explicando hariolatur Rostius Opusc. I p. 193 sq.* — *V.* 288 Men. Nunc obsonator adeo responde mihi *Alciatus parerg. iur. X 14.*

290. Sacri *Scutarius,* Sacres *Saracenus, Pius.* — sinceri, nummos eos a me *Camerarius.* sinceri? Cy. nummo. Men. eum a me *Lipsius Ant. lect. II 13.* sinceri? Cy. nummo uno. Men. en a me *Pylade duce Acidalius.* sinceri? Cy. numo. Men. numum a me *Bothius. Nihil profecit Brixius Quaest. p. 35.* sinceri? Cy. nummis. Men. quinque a me *Bentleius, ut vid.*

292 *sqq.* Nam | equidem insanum *Fleckeisenus Annal. philol. LXI p. 51 obloquente Luchsio Hermae VI p. 267 sq. adn.* (*simul Spengelium T. M. P. p. 193 refutans*). Nam equidem edepol insanum *R obloquente ex A Studemundo Annal. phil. XCIII p. 62, ex usu sermonis Luchsio Hermae XIII p. 499 sq.* Nam equidem insanum insanum *Seyffertus Stud. Pl. p. 21 sq., ubi* insane insanum *Lorenzius ad Pseud. v. 1045 Hasperusque 'phil. Anz.' XIII p. 32 sq.* (*cf. Raebelius de usu adnomin. ed. Hal. a. 1882, ad Amph. v. 813*), insanissimum *(!) Weidnerus Adv. p. 45 et Onions l. s. s. p. 39. Mox* molestus *om.* es *def. Olsenus p. 33.* — *V.* 294 nomen nouistin meum *Weidnerus p. 31. Post v.* 293 *sic ordinavit Brixius:* 297—301. 294—296. 302 *sqq., v.* 302 *olim a* Non nosti *vel* Non tu scis (*v. i.*) *incepisse coniciens. Qua opinione recte reprobata Sonnenburgius v. 8 sqq. v.* 297—316 *in suspicionem vocat: cf. ad v. 317 sqq.*

295. Seu tu Culindru's *R, ubi* Seu *aliud agens ipse reliquit* (*cf. Opusc. II p. 631*), *vel ab aliis monitus tenuit Vahlenus* (Si *Wagnerus,* Sei *Brixius duce R post Muellerum*): — u's *vero alteri potius nomini adhibendum esse Brixius monuit Ann. phil. CXXIII p. 53 adn. (neutri Olsenus l. s. s. p. 42). Pro* coriendruf *coniecerunt* Caliendrus *Scaliger recipiente R,* Coliendrus *Lambinus,* (Colindrus *Schwabius l. s. s. p. 413 insulsam Salmasii explicationem de 'culo' et 'cole' recoquens.* Colandrus *Onions l. s. s. p. 59*), Cicilendrus *Dousa,* Culiendrus *Guietus,* Coriandrus *Bothius: idque unum recensioni Palatinae cum aliqua probabilitate tribui potest* (*cf. etiam Kiesslingius Mus. Rhen. XXIII p. 423*) *facileque inde, si recte conieci de A, ipsa recensionis discrepantia explicari potest* (*de* cunĭla *cf. Trin. 935*). *Sed cogitari multa possunt: velut non inepte anquiras figurae nomen 'cylindro' opponendum.*

297 *sq.* Hem (*scriptum olim* Em) tibi Menaechmo nomen tamen est *R praeeunte* tamen *Pistori, pro quo* tandem *Bothius. Ceterum* tantumst *R in gemino Mercatoris v. 642 assentiente Goetzio, ubi* est *non minus recte omittitur quam alias in responsionibus maxime. Mox* sane *vitium Camerariae, corr. a Lipsio l. s. s.* — cum me appelles *Camerarius.*

299. Sed ubi nouisti tu me *R cum Pylade, postea* nouisti med *commendans N. exc. Pl. p. 50, cum Bergkius* cubi *praetulerit 'Beitr.' p. 119. Iam apparet quam recte Brixius* tu *tenuerit: cf. imprimis Pseud. 619, qui versus eandem cum A collocationem verborum habet.*

300. Qui amicam eram meam habeas (*pro quo licebat etiam* Qui habeas amicam e. m.) *R praeeunte* Amicam qui habeas heram meam *Pareo. Hiatum perperam def. Geppertus 'Ztschr. f. G. W.' XX p. 212. Ceterum v.* 300—302 *secl. olim Vssingius.*

301. Neque hercule habeo *Bothius itemque alio tempore Bentleius.* — quis sis homo *Camerarius: de* qui(s) *cf. Baierus l. s. s. p. 95.*

302. Non tu scis *Kochius Annal. phil. CVII p. 241, Brixius in Addendis antea suadens* Non nosti*: cf. ad v. 292 sqq.* — tibimet qui *R: cf. Studemundus Annal. phil. XCIII p. 54, Kaempfius l. s. s. p. 34.*

304. quicum illi homini *Pylades.* illi qui homini *Camerarius.* qui homini illi *Bothius.* qui illi homoni *Bergkius Opusc. I p. 149. De* illic *dativo cum R faciunt Buechelerus de decl. p. 59 Brixiusque (cf. ad Mil. v. 352), cum Vssingio dubitat Belowius de hiatu Pl. p. 41.* — *V.* 306 *noli* ueni neque uidi *pro* uidi neque ueni*: cf. v. 500 sq., al.*

308. *Servato* Habitas *Bothius:* di illos, qui illi habitant, homines, *R:* qui di illos qui illic habitant '*quamquam etiam* qui di homines qui illic *potueram*' (*illud admitti non potuisse Langenus demonstravit Mus. Rhen. XII p. 430, hoc Seyffertus), Fleckeisenus Ann. phil. LXI p. 51:* di | homines, qui illic habitant, *Bentleius:* di eos homines q. i. h., *Spengelius Philol. XXIII p. 560:* di illum hominem qui illic habitat, *Onions l. s. s. p. 60:* di illum omnes qui illic habitat (illum — habitat *a Spengelio sumens,* omnes *a Seyfferto*). *Cum Seyfferto faciunt Brixius, Vahlenus Ind. lect. aest. a. 1880 p. 13, Belowius p. 12.*

309. *Vide Proleg. Trin. p. LVIII.* Insanit equidem *Ribbeckius de partic. p. 41 refragante Luchsio. Vt dittographiam v. 312 del. Sonnenburgius: cf. ad v. 312 sq.*

311 *sqq.* pollicitus *om.* es *itemque* sanus (*ubi* sanu's *etiam Bentleius in Phorm. I 3, 12*) *def. Olsenus p. 38. 7. De* mihi quem dudum pollicitu's *cogit. R. Versus* 312 *sq. versui* 314 *cum Camerario et plerisque subiecit R coniungens* Nummum illum . . . dare, Iubeas . . . adferri tibi (*unde* Nummo illo *Dousa corr. offensus in attractione), eosdem per parenthesin exhibuit Geppertus, seclusit vero olim Vahlenus Mus. Rhen. XVI p. 635 et nuper Vssingius: quas suspiciones partim alia tollunt* (*cf. post Brixium Langenus Stud. Pl. p. 43*) *partim* si me consulas — si sapias *male in unam enuntiationem iuncta. Quare cum nemo facile de lacuna cogitaverit,* dare *mutandum erat* (*cf. Ter. Hecyr. 786, al.*), *pro quo vix* pares *praestabit.*

316. Tu hercle insanus homo es multum (et odiosus mihi) *Pylades.* Heu hercle hominem molestum *Camerarius et post eum Lomanus p. 50 Wagnerusque, unde* Heu *retinerunt omnes, nisi quod* Eu *Fleckeisenus tutatus est Philol. II p. 84 mirante R iterumque Spengelius Philol. XXIII p. 179* (*adde lect. Pl. p. 3 et ad Trucul. III 2, 27*) *mirante Langeno 'Beitr.' p. 199* (*cf. etiam Muellerus Pros. p. 716*). Heu ‖ Hercle hominem ineptum multum *R.* Heu hercule hominem multum *Bentleius.* Heu hercle homonem mulum *Bergkius Opusc. I p. 148* (*mox* multum *def. p. 156, 6*). Heu hercle hominem insulsum *Vssingius. De* inuisum *pro* multum *cogitabat Riesius ad Catulli c. 112, de* stultum *Lachmannus. Possis* Heu edepol (*cf. v. 92 adn.*) hominem multum *vel ex altera parte* Heu hercle hominem olidum multum *vel similia: sed multo probabilius in versus initio sine dubio corrupto unam corruptelae sedem quaeres* tu *non in* Heu *mutans, sed pro adiectivi velut* Ineptum, Molestum, *sim. exitu habens.*

317 *sq. Hos versus post v.* 286 *reiecit ex parte Sonnenburgio ad-*

stipulatus Ribbeckius, qui tamen improbat quod ille, ut v. 297—308 [309]. 310—316, ita v. 319—325 *alii recensioni tribuit: extremum vero horum versuum Messenioni cum F Ribbeckius Vssingiusque dant: cf. Langenus Stud. Pl. p. 42.*

319. Men. Quid ais tu? quid uis *Bothius olim.* — Quid uis, nequam? *R.* Quid uis. Cy. dicam *Vssingius.* Quid uis, inque *Goetzius.* Quid uis, inquam *exemplis tam inter se quam ab hoc loco dissimillimis def. Vahlenus Herm. XVII p. 619 sq. sic iocari statuens Menaechmum, quasi omnino hoc loco ille faciat quod eum facere v. 317 sq. cocus opinatur! Cf. ad v. 317 sq.*

320. Tribus opsonatumst an etiam opsono amplius *R: at cf. Muellerus Pros. p. 365, Christius Mus. Rhen. XXIII p. 570, Vahlenus Ind. lect. aest. a. 1880 p. 17 sq.* (*inutiliter* an opsono amplius *disiungens*).

321. Tibi et párasito et mulíeri? ⁋Quas tu *def. Vahlenus coll. Pseud. v. 1185* (*at cf. Curc. v. 613*). Tibi et múlieri et parasíto. ⁋Quas tu *S. De v.* 325 *cf. ad v. 317 sq.*

326. ego *cum Acidalio R itemque Bentleius.* ergo *seclusis v. 319—325 def. Sonnenburgius: sed non minus bene defenditur, siquidem misso Messenione ad ea quae v. 319—321 incohaverat redit cocus. De* morabitur *cf. Langenus 'Beitr.' p. 177 sq.*

327. ne longius quo abeas ab *Bothius obloquente Kampmanno Annot. p. 7.* ne hinc abeas longius quo ab *R addens 'de* ne quo abeas longius hinc *cave cogites'* (longius hic *Geppertus*). ne quo abeas longius ab his *inter alia Muellerus Pros. p. 56.* longiūs *def. Fleckeisenus Annal. phil. LXI p. 44, Buechelerus de decl. p. 4, Ribbeckius fragm. com.*[2] *p. XXXVII, Christius 'Metr.'*[2] *p. 23: neque in prosodia ipsa offensio esset, si* ab aedibus *sufficeret.* ne quo abeas longule hisce ab *S. Mox* maxumam in *retinuit R dubitans de* maxumam, *quod probabat etiam Bentleius in Phorm. V 8, 37. Cf. Capt. v. 469, al.*

329. Te ire hercle meliust intro iam *R* (*cf. Opusc. II p. 266 adn.*) *praeeunte* te intro *Dissaldeo cum Z. Noli* Ire hercle meliust te intero*: nam recte v. 214 comparavit Vahlenus: neque aptum est per* Te ire *haec verba opponi verbis* ut eas m. m. c., *cum iam cocus Menaechmi iocosam ut putat simulationem non curans placide cum eo agat.*

330. Volcani ad uiolentiam *R cum Bothio. Cf. Ribbeckius 'Alazon' p. 21. 25 Schusterusque 'Quom. Pl. att. exempl. transt.' p. 30.*

333. abiit? abiit *R cum Grutero 'nisi* ille hinc abiit *males'.* abiit. Mes. abiit. Men. *Vssingius: at cf. v. 550, al.*

336. qui abiit hinc modo *R.*

338. mirumst *R refragante Brixio Olsenoque p. 74, qui mire de hoc loco errat hiatum nescioquem excusans. V.* 340 Si quā *def. Muellerus 'Ztschr. f. Gymnw.' XXI p. 559. De* postilla *v.* 342 *adde Opusc. II p. 545.*

344. Nunc portu istoc stat *Kaercherus 'Prosod.' p. 16.* Nunc in statu stat *(!) Muellerus Pros. p. 473 adn.* Nunc instat portu(m) *Vssingius. De* stat manus praedatoria *fuit qui cogitaret: at cf. v. 442. Sane* nau(i)s *nullo modo defendi potest ex Bacch. v. 797 'Bene náuis agit[at]ur.'*

350. si ultis *Kochius Annal. phil. CI p. 283.* — naualis pedes

Postgatius in soc. philol. Cantabrig. a. 1883. Ceterum ex coniunctis Nonii locis p. 461, 31 et 381, 14 facile compilatoris confusio explicatur, quam non plane expediverunt Reblinius p. 94 et Caesar p. 21.

351 *sqq.* '*Canticum hoc Hermannus Elem. docr. metr. p. 394 sq. ita tractavit, ut vix invenerim in quo discedendum esse videretur*' *R. Praeterea tractarunt quorum sententias singulis locis adscripsimus Studemundus, Spengelius, Crainius, Bergkius, Brixius, Muellerus, Christius, alii: qui plerumque in eo errarunt quod nihil nisi iambos anapaestosque admiserunt non libris ducibus sed mutationibus ex parte vitiosis. V.* 351 Sine forís *Christius* '*Metr.*'[2] *p. 246 permiro iudicio, haerens in* fórĭs. *Cf. Muellerus Pros. p. 186.* — opperiri *Saracenus: quo recepto R cum Hermanno dimetro cretico* Síne foris síc abi *subiunxit senarium* Nolo . . . . . uide, *per* nolo te opperiri *creticotroch. effecit Geppertus, in anapaestis* ŏpperiri *defenderunt Crainius de compos. p. 41 et* '*Zschr. f. Gymnw.*' *XX p. 472* (*ex v. 351 sq. septenarium vitiosum efficiens*) *et Christius* '*Metr.*' *p. 269. Oblocuti sunt olim Lambinus et Dousa, nuper cum Bergkio Studemundus de cant. p. 22, Brixius* (*olim* '*de Pl. et Ter. pros.*' *ed. a. 1841 p. 54 per* nolo ego operiri *cret. tetr. cat. claudens vitiosis baccheis praemissum*), *Spengelius* '*Ref.*' *p. 67* (*aliter olim iudicans de cret. p. 9. 26 et ad Trucul. I 2, 95*), *alii.* — *V.* 352 cura: uide, Quod opust fiat *distinxit Brixius assentiente Fuhrmanno Annal. phil. CV p. 824* (*praeeunte* opus est ut fiat *Camerario*), *quae distinctio cum Varronis sententiae tum rationi adversatur.* — *V.* 353—355 Quod opúst fiat. sterníte lectos, Incéndite odores múnditi es, Inlécebra animost ⟨ea⟩ amantum *cum Hermanno R, ubi deletis* fiat *et* amantum (*una cum v. 356*) *septen. anapaest. Crainius effecit, syllabas* (odo-)res. Munditia inlecebra animost amantium *pro senario vendidit Studemundus de cant. p. 59,* ⟨Laetos⟩ incendite odores: Munditia illecebrast animo amanti amantium *Bergkio placuit Opusc. I p. 678* (*cf.* '*Beitr.*' *p. 159*), *pro* animost ea *Hermanni* animo sit *suasit Buechelerus de decl. p. 41 probante Muellero Pros. p. 69 sq., 418 et olim Brixio Annal. phil. XCI p. 66, qui postea iambicam mensuram admisso* In|lécebra ani|móst amántium *praetulit. At ante sententiam generalem de munditia prolatam praeceptum requiritur de aedibus nitidandis* (*cf. Pseud. 161, Stich. 347—355, Bacch. 10*). — *V.* 356 *in duas trip. dispescit Studemundus p. 22,* Malost amanti amoenitas *trai. Spengelius. Ceterum cf. Langenus Stud. Pl. p. 43.*

357 *sq. Recepto* ait esse *pro* esse ait *v.* 357 *duobus dimetris Hermannus dispescuit, septen. anap. cum R probarunt fere omnes (unde simul de versibus sequentibus perturbatum est iudicium), nisi quod Christius* '*metr. Bem.*' *p. 80* (*cf. Mus. Rhen. XXIII p. 562 sq. 578*) qui *ex v. sq. huc trahens octonario adiunxit* '*paroemiacum*' Mist úsui et plurumum pródest. *Vbi creticam mensuram* '*inter iambos et anapaestos*' *improbantes anapaestos alii aliter constituerunt. Atque Crainius* Qui mi úsuĭst . . . . ut mereat (*sic*) *septenarium esse voluit, ceteri dimetrum aut* usu et *post Bothium corrigentes aut* usúi ĕt *admittentes itemque* plurúmu(m), *nisi quod ne a* plŭrumúm *quidem abhorruit Muellerus Pros. p. 413: cf. post Bergkium, Studemundum, Brixium Spengelius* '*Ref.*' *p. 45 sq. Recte versus* 357 *sq.* (*mire v.* 352. 359. 361) *constit. Winterus p. 63.*

359 *sq.* huic *R cum FZ, ubi* hinc *def. Vssingius, alii. Iambi-*

cum octonarium cum paroemiaco Hermannus constituit meret: potíssimust nostraé domi *corr., ubi* meret potissimus nostrae uti domi sit *Bothius,* meret potíssumus nostrae ut sít domi *R̄ addens:* 'huic fit ultro uti *nescio an praestet. Nisi potius e proximo v.* ultro *irrepsit, Plauti autem fuit* huice fit ut. *Alia horum descriptio Fleckeiseno placuit:* Ítidem huic ultro fít ut meret, ut nostrae domi potíssumus sit. Núnc eum adibo ⟨atque⟩ ádloquar ultro' (atque adloquar *iam Pylades*). potíssumus nostrae dómuist *dubitanter Ribbeckius Annal. phil. LXXXVII p. 337. De* potissumus nostrae domist *cogitavit Brixius, etsi* potísumus (*pro* pótisumus) *defendit.* domi ut sit nostrae pótĭsumus *Langenus Philol. XXXIII p. 709.* Item . . . . potissumus *senarium esse voluit Bergkius Opusc. I p. 164 alterum subiungens* Nostrae ut domi sit: nunc eum adibo ultro adloquar, *ubi* Nunc ⟨ád⟩ eum adibo ultro adloquar *Langenus 'Beitr.' p. 102 sq.: cf. Brixius Annal. phil. CXXIII p. 53 sq. V.* 359 *teste L. Muellero et probante Caesar 'de Pl. mem. apud Non. serv.' p. 48. 19 sq. (?) dicit olim graviorem corruptelam traxisse. At nodum in scirpo quaesiverunt homines docti trochaeos optimos in quibus libri cum A et Nonio consentiunt spernentes, cum optime concinant cum creticis v. 358, ad quos iam probabiliter et v. deperditum revocamus, quem tam A prodit quam* Item *sententiae v. 358 minus recte adplicatum, et v.* 360 *ubi trimeter catalecticus et per se minus probabilis et propter* eum *pro* ad eum *traditum. Cf. Asin. 714, al.*

364 *sqq.* Omne paratumst prandium '*quidam libri' Lambini.* Omne paratumst *monometrum* (*cum Hermanno et R̄*) *def. olim Spengelius T. M. P. 135 itemque cum Christio 'Metr.'*[2] *p. 268 sq. Leo Mus. Rhen. XL p. 168: iam recte improbat Spengelius 'Ref.' p. 333, minus recte de delendis verbis* ut iussisti atque *cogitat: neque melius aut Studemundus p. 22* Omné paratumst ut iússisti | Atque út uoluisti néque tibist (*iamb.*) Vllá mora intus *dispescebat aut Muellerus Pros. p. 63* Omné paratumst, ut iússisti atque ut uóluisti, neque tíbi mora intust *comprehendebat. V.* 366 tibi est ulla mora *Camerarius.* tibi iamst ulla mora *R̄ cum Hermanno,* tibist neculla mora *Bergkius,* tibist haud ulla mora *Vahlenus,* tibi nulla morast *Spengelius 'Ref.' p. 329,* tibi fit ulla mora *Leo: ubi cur plerique in loco aperte lacunoso paroemiacum agnoverint inter dimetros, non intellego. Trochaeos Bergkius esse voluit Opusc. I p. 678.*

367 *sq. Dittographiae suspicionem obiter olim ab Vssingio motam refutat cum Brixio Langenus Stud. p. 43. Mire* Prandíum ŭt *Spengelius, alii, atque adeo* Prăndium út *Muellerus Pros. p. 418 maluerunt quam* Prandjum út. *Pro* iussisti *Bothius* iusti *scripsit octonarium trochaicum cum proceleusmatico* úbi lubet *constituens, quod recoxit Vahlenus itemque Bergkius, nisi quod dimetros dispescuit trochaicos, ut anapaesticos cum Hermanno R̄ confirmante A. V.* 368 *catalecticum admisso* ăccubitum *Hermannus Spengeliusque 'Ref.' p. 321 fecerunt, correcto* lubet, licet ire *R̄,* lubet ilicet *Brixius, acatalectum admisso* licēt *Muellerus Pros. p. 63, correcto* lúbet ⟨intro⟩ ilicet *Fleckeisenus. Mutantibus formulae constantiam obiecerunt Muellerus Pros. p. 418 et Bergkius 'Beitr.' p. 159 coll. Varrone apud Nonium p. 106, 11 M.* (*Ταφὴ Μενίππου fragm. VII R. VI B.*): 'ubi lubet ire licet accubitum'. † ac-

cedo strenuo sussilimus quod esurigo findebat costas: *ubi per formulam ab Acidalio primo adnotatam hunc versum respici Fleckeisenus censuit apud Vahlenum p. 222: neque tamen minus gravis est consensus ad memoriam stabiliendam, si non ex Plauto, sed ex communi consuetudine verba addhibuit Varro.*

371. neque id *Pylades.* atque id haud *Camerarius.*

376. 'tum *nescio an delendum sit' R: recte servavit Brixius colon pro commate ponens.*

379. Vbi tute hunc *cum Bothio R obloquente Muellero Pros. p. 580* (*ibid. p. 29 sq.* primum *inserente post* hominem), *Brixio* (*olim* Vbi tu istunc, *postea* Dic *vel* Cedo ubi hunc *proponente,* me ⟨nouit⟩ *recipiente*), *Belowio de hiatu p. 15.*

380. In Épidamno autem? qui huc *Fleckeisenus.* In Épidamno? quin huc *Muellerus Pros. p. 553 adn.* Ain? ín Epidamno? qui huc S.

382. *Post* Menaechme (*non post* facis) *cum prioribus distinxit R.* — hic tu eris rectius *Langenus 'Beitr.' p. 134.*

384. miror quid hoc negoti est *Bothius.* miror quid hoc est negoti *R.* demiror quid hoc negotist *Muellerus Pros. p. 580. At cf. Beckerus in Studem. Stud. I p. 228. Vix recte* obuoluit *scriptura — quam def. Kochius Em. Pl. p. X* (*cf. v. 167*) — *usus correxeris velut* uah, oluit (*cf. Aulul. 216*).

387. iam *Camerarius.* tam *coll. Festo p. 360 vindicavit Gulielmius. Vide ad Stich. 472 et adde Ribbeckium de partic. p. 28, Corssenum 'Krit. Beitr.' p. 272 sqq., Lorenzium ad Pseud. v. 692, alios. Ceterum inde ab hoc versu alteram recensionem statuit Sonnenburgius p. 12 sqq., cui v.* 387—405. 415. 416. 438—441 *tribuit, cum tertiae adeo v.* 418—432. 435—437 *adscribat, primae ut v.* 369—386. 407—413. 433. 442—445 *relinquantur. Cf. ad v. 404 et vide refragantem Langenum Stud. Pl. p. 300 sq.*

389. tibi tu et *R. aut sic aut* tu tibi et *Muellerus Pros. p. 708.* et (*del.* tibi *et* mihi *post* Egone te *inserto*) *Vssingius in adn.* (*!*). tibique et *Fleckeisenus assentiente Mahlero de pron. p. 20 et Schradero de* -NE *partic. p. 12 adn.* tibi | et *coll.* tibi | aut *in v. lacunoso 826 sq. def. Vahlenus!- At certius etiam quam* me *in versu antecedenti post idem pronomen excurrens* mi *additum firmant v. 174. 208. 220. 222. 320 sq. Mox verba* certe haec mulier . . . satis *Messenioni tribuit Ribbeckius. Cf. Langenus Stud. p. 43.*

391. qui istic est *Bothius.* — *Verba* qui extergentur baxeae? *Messenioni tribuit Ribbeckius.* — buxeae, *cum B suprascr., Camerarius.*

395. MES. *praemittit Ribbeckius, fortasse recte.* mulier cantharino ritu astans *Scutarius.* mulier canterino ritu hic astans *Camerarius.* canterino ritu mulier astans *R in edit.* '*quamquam licet etiam sic transponere:* mulier canterino | astans ritu' *postea* ritud *cum Bothio suasit Nov. exc. I p. 64. Ad* restans *cf. Caecilius v. 273 sq. R.:* '*quid enim oscitans hietansque restas*', *al. Ceterum cf. Turnebus Advers. XVIII 15.*

397. quom fecerim *R refutante Brixio: cf. Luebbertus Stud. gramm. II p. 127, 253.*

399. uxorem ⟨hic⟩ habui *Guietus.* ⟨ullam⟩ uxorem habui *Muellerus Pros. p. 555.* ⟨haud⟩ uxorem habui S. *Vide praef.* — *V.* 400 pede '*quidam*' *apud Lambinum refragante ipso.*

401 *sqq.* egressus sum *editiones inde a Camerario: unde erravit Spengelius T. M. P. p. 4 adn.* — ⟨hic⟩ te conueni *Wagnerus.* — *De v.* 402 *cf. Scipio Gentilis Parerg. I 28. Verba* Ligneam . . . . proxumust *Messenioni tribuit Ribbeckius, qui olim tragicam aliquam parodiam latere in v. 403 suspicabatur.* fissam *pro* fixam *et cum Scaligero* excusam *pro* excussam *corr. R refragante Vssingio. De* excussam *cf. Loewius Act. soc. phil. Lips. VI p. 349 et Onions l. s. s. p. 60.*

404 *sqq.* pellionis *om.* est *def. Olsenus p. 101. Post versum* 404 *cum prioribus Messenioni tributum v.* 406 *sqq. insequi iussit Ribbeckius p. 537 sq. v.* 405 *inculcans ante v.* 415 *et mox v.* 438 *sq. ante v.* 418 *ita traiciens, ut quo loco in libris exstent fortasse lacuna statuenda sit. Cf. ad v. 387 et ad v. 407.*

405. Iam⟨iam⟩, amabo, desine *Camerarius.* Iam ⟨me⟩, amabo, desine *cum Grutero R* (*cf. Parerg. p. 428 sq.*). *De* de(si)ne *pronuntiando hariolatur Crainius Stud. Plaut. ed. a. 1858 p. 7 adn. Cf. Muellerus Pros. p. 556. Vide ad v. 404 sqq.*

407. Nam nescio quem *R simul excidisse aliquid ante hunc versum ex librorum scriptura sic contaminata concludens refragantibus Kaysero cens. p. 418 et Brixio.* Nescio quem tu *Fleckeisenus probante Studemundo apud Beckerum Stud. I p. 230 adn. et Brixio, nisi quod hic etiam de* Nescio pol quem *coll. Aulul. 71. Epid. 61 cogitat neque improbat quod praeterea* alium hinc hominem *Muellerus Pros. p. 555 proposuit simul* alium homonem *commemorans* (forte *olim inser. Pareus,* alium tu hominem *noluit R in praef.*). Nesciōquem *Vahlenus perperam coll. v. 530 def. At reputandum erat praeter metri defectum offendere* Non ego te noui *non recte ad* non me quaeritas *adplicatum. Quae incommoda simul tollit scriptura facile ex hac memoria derivanda* Nescio
quem mulier
quem nosti alium h. n. m. q.

410. *De* Vbi Agathocoles rex regnator *cogitat R Opusc. II p. 488 sq.* — 'Pythia *Hermolaus, Lambinus* (*Iidem mox* Olympia *pro* Liparo). Panthia *Camerarius.* Plinthias *Petitus.* Phintia *Gronovius, prope ad veritatem. Ceterum de mira hac regum successione disputarunt quos in Pauli Encycl. reali t. III p. 1301 Haakhius attulit commemoratus a Ladewigio Philol. I p. 276.' Adde Meierum Opusc. acad. II p. 335 sq., Stiefelium 'Bl. f. bayer. Gymn.' XV (a. 1879) p. 309 sq., Holmium 'Gesch. Siciliens i. Alterth.' II p. 286, 490. Cf. praef.*

413. Num *vindic. Dousa III 6. Post hunc v. lacunam statuit R cum Ladewigio p. 296 assentientibus cum aliis Brixio et Vssingio, qui de altera lacuna post v. 416 dubitans hoc loco supplet* Vnde unde est, bene inuitanti aduorsari uix decet, *quae ne quadrant quidem ante* Hercle opinor. *At nihil omnino desideratur, modo recte explices* pernegari *ex eis quae dixi Anal. Plaut. p. 24 adn. 49* (*cf.* impetrant *v. 192*).

416. Periisti *corr. Guietus, Bentleius.* — tu *om. Camerarius: cf. Lingius de hiatu p. 35. Cf. ad v. 387, 404 sqq., 413, 432 sqq.* — *Mox v.* 418 assentibor *Lambinus* (*item v. 483*).

419. possim *Lambinus.* — mulier, iamdudum tibi *Bothius. De* dudum *cf. Langenus 'Beitr.' p. 42, de* ni meae *v.* 420 *cf. ad v. 881. Deinde* Vxori iret nuntiare *et* Vxori haec renuntiaret *Bothius temptabat.*

422. intro eamus *Guietus.* eamus hinc intro *Muellerus Pros. p. 580.* eamus intro huc *Brixius in append. coll. Epid. 157.*

426. ad phrygionem una deferas *Scaliger.*

428 *sq.* eadem ea *R.* eadem opera *cum Weisio Fleckeisenus.* et eadem *Brixius improbante Vahleno, qui item vitiose* eadem enim *proposuit.* eadem ita *Thomas 'Rev. de l'instr. publ. en Belg.' XIX p. 259 sqq. cum* ignorabitur *coniungens* te habere, *ubi olim* Ne uxor agnoscat, te habere si *interpungi Acidalius iubebat, transponi* Ne te habere uxor cognoscat, si *Fleckeisenus. At omnino non coit* ignorabitur, ne cognoscat *facileque* dignorabitur (*de quo cf. Paulus p. 72, 16 M., Corp. gloss. lat. II p. 49, 31, al.*) *et per se corrumpi potuit et collato v. 468, ubi in eadem voce iniuria haerebat Ribbeckius* (*cf. Ter. Phorm. 931*).

431. I : iam *Wagnerus, cui Aulul. 802 opposuit Brixius.* — '*Fortasse fuit* te : nam hunc' *R* ted *amplexus Nov. exc. Pl. I p. 45, ubi* sed *Muellerus Pros. p. 35.*

432 *sqq.* ⟨ad me⟩ accede huc *R addens* '*de transponendis* huc accede *cogitare noli*'. — Quid est negoti *Bothius.* — *Pro monstro scripturae* ſuffciri *Menaechmo tribuit* scire uis? *Camerarius et* st! *ante* scire *inserens Palmerius.* subsili *Bothius,* '*mire*' *iudice R,* '*perapte*' *iudice Vahleno, qui ad Varronis locum provocat ad v. 368 adscriptum, ubi scilicet de subselliis subsiliunt petituri triclinium! De* sciscita *cogitabat Scioppius Susp. lect. V 24, de* suspice *Vssingius, de* fascini (*scil.* '*negotiumst*') *Ribbeckius* (*?*), *de* tus fer, i (*!*) *Palmerus Hermath. X p. 63, ubi* suscipe *R coll. v. 349:* '*nisi* suscipe hoc *potius scripsit poeta*'. *Mox* Mes. Quid ergo opust? Men. opus est. Mes. scio ut mendices. Men. tanto nequior es *Camerarius, alii alia ac nuper* opus est scitum me dicas *Vssingius,* opust Iouem ut me dicas *Palmerus* (*!*): *ubi* Quid eo opust? Men. opust. scio ut me dices. Mes. tanto nequior *R,* '*eo sumens a Pylade,* dices *et* nequior *ab Acidalio. Fortasse tamen inter* opust *et* scio *duo hemistichia interciderunt*'. *Assenserunt de hac lacuna Vahlenus Mus. Rhen. XVI p. 631 sq. et Beckerus in Studem. Stud. I p. 257, cum Kayserus cens. p. 418 Brixiusque post eum rectius ante v. 433 lacunam agnoverint. At simul reputandum erat neque* Opust. scio ut me dices *uno tenore eundem dicere potuisse et ipsa verba* scio ut me dices *aliam antea requirere sententiam, qualem vel reliquiae corruptae* ſuffciri *indicant sine ulla adhuc probabilitate temptata. Praeterea post v.* 433 *iudice R* '*necesse est talis versus interciderit, quo et intrandi consilium suum Menaechmus aperiret* (*coll. v. 437*) *et tacere servum iuberet* (*coll. v. 438*). *Quare* Tace *posui in principio. Absque quo esset, illud quidem potuerat etiam post v. 436 dici atque ita* tu *servari v.* 437'. *Quo loco* tu *pronomini* istos *v. 436 oppositum recte servavit Vahlenus Mus. Rhen. XXVII p. 176. De intrandi vero consilio vix erat quod disertis verbis Menaechmus diceret, praesertim si post v. 416 exempli gratia dixerit*: Procul a me recede: nam ego iam istam tangam aliquo modo. *Sed vel v. 415 sq. sufficiunt (v. s.). Denique* tace (*v. ad 438*) *in superiore lacuna locum habere potuisse exemplo demonstravi, nisi forte ex* (nequior)e(m) — *unde initio v.* 435 En (habeo) *Gronovius,* Enim (habeo) *Bothius eruebat* — St! habeo [e = ẽ = (e)st] *effeceris, quod hiatum in caesura hoc loco minus probabilem probabilius saltem tollat quam* inceptaui operis *vel* incepi hoc operis *vel* incepi

facinus *Muelleri Pros. p. 556* (*ubi* incepi hic operis *praeibat* ℛ *in praef.*). *Ibidem pro* et (ei) *Camerarius* tu, ℛ i et *posuit: at cf. Kiesslingius Annal. phil. XCVII p. 629.* — potes *def. Wagnerus. Mox* Abduce *pro* Abduc ℛ. — diuersorium *Scipio Gentilis Parerg. I 37: cf. Trucul. 697.*

437. Tum ℛ *cum Lambino: v. s.* — ante solis occasum aduorsum ut uenias mihi *fuit qui temptaret: at cf. v. 1022. Epid. 144.*

438. Non . . . ere? ℛ *distinxit cum vulgata, ubi melius interrogationem post Koepkium sustulerunt Vssingius Ribbeckiusque.* — tacē *vel* tu tace, nequam *olim Vahlenus* (*ut* ℛ *v. 319*) *Mus. Rhen. XVI p. 631 sq. sic impugnans lacunam quam post v. 433 statuerat* ℛ. — *In fine* nunc iam *addebat Camerarius,* tace *bis ponebat Gruterus et ter adeo Bothius inutiliter.* atque hinc abi ℛ, et caue malo *Brixius,* uerbero *Palmerus Hermath. XI p. 410,* et fac tuum *Vahlenus* (*olim* atque abi)*: quae non quadrant ante* Mihi dolebit, non tibi, *denique* ac mitte me *Ribbeckius, quod erus servo dicere non potest.* quid paues? 𝔖. *Ceterum cf. ad v. 387, 404 sqq., 432 sqq. Mox* tibi, ⟨hic⟩ si quid ego ℛ. non tibi, egomet si quid *Fleckeisenus.*

441. hinc *pro* hic ℛ *refutante Brixio.* — perii *utroque loco Lambinus,* periit *priore Guietus.*

442. lembulum dierectum *Bothius commendante Kochio Mus. Rhen. XXXII p. 99.* lembum iam dierectum ℛ '*nisi* lembum eccum *magis placuerit*'. lembum directum illa *Fleckeisenus.* lembum dierectum eccum *Onions l. s. s. p. 63. Cf. Palmerus Hermath. X p. 65 sq.*

443. inscitus, qui pro me hero *Camerarius.* inscitus, qui me hero meo *Lambinus.* inscitus, quin' hero me *Bentleius.* inscitus qui domino me *Bothius, quod commendat Vahlenus, ars non commendat.* inscitus sum qui ero me ℛ (*de quo perperam iudicantem Olsenum p. 9. 61 refutavit Seyffertus* '*Jahresber.*' *1883/5 p. 53 sq. adn.*). inscitior qui ero me *Fleckeisenus coll. Trin. 936, Amph. 56. Non neglegendum ab hoc loco dubio si recesseris* moderari *nunquam coniungi cum dativo personae* (*cf. Langenus* '*Beitr.*' *p. 231*)*. Cogitaveram de* qui dromoni p. m.*: sed tum* ille *pro* me *scribendum esset v. 444.*

446. *Tertium actum non hoc loco sed a v. 559 incipere voluit Spengelius* '*die Acteinth.*' *p. 20 sq., ut intra versuum 442—465 spatium Menaechmus pransus sit, potaverit, scortum accubuerit: quod etsi excludi praefracte nequit, tamen neque necessarium est neque probabile.*

446. annis triginta natus sum quando *Camerarius* (annos *Lambinus*). triginta natus annis ego sum quom (natus annis *cum Grutero.* sum quom ego *Pylades*) ℛ. trigintad annis natus sum quom *Buechelerus de decl. p. 48.* triginta iam sum natus annis quom *Muellerus. Male* uerum *pro* quom *Geppertus* '*Zschr. f. Gymnw.*' *XIX p. 901. De* quicquam *v.* 447 *cf. Neuius* '*Formenl.*' *II p. 245.*

449. inhio *praeter* hieto *Palmerius.* haereo *Camerarius. de* hittio *hariolabatur Gruterus.* inhieto *Bentleius. De* abi(i)t *v.* 450 *cf. Menradius in Woelfflini Archio IV p. 469.*

451. '*Mutilum versum addito* male *supplevi, sic turbatum Bothius olim dedit:* Qui illum di deaeque omnes perdant, qui commentus primus est (*quo peritius Lomanus p. 51:* primus qui commentus est)*, sic autem nuper:* Qui illum perduint di omnes *e. q. s.*' ℛ. *Emendationem Bothio-Lomanianam occupaverat Bentleius, probavit Luchsius in Studem.*

Stud. I p. 31, cum Vssingius qui primus id (*vel* sibi) commentus est *itemque, sed* hoc, *praetulerit Vahlenus Ind. lect. Berol. a. 1880 p. 11, Herm. XVII p. 608 sq. Quibus omnibus propius ad verum accedere rationem supplendi etiam a Weisio adhibitam iam apparet.*

452. habere, quae *cum Pylade ℞, ubi* qui *vindicavit Langenus Philol. XXXIII p. 710* (*Onions l. s. s. p. 54*) *de* occupet *pro* occupat *inferendo dubitans.*

453 *sqq.* Nam ad eam rem '*vetus lectio*' *Pii.* Non ad eancce rem *Camerarius in ann.* Non ad eam rem hercle ℞ *quo peritius* Non hercle ad eam rem *Muellerus Pros. p. 758: cf. Seyffertus Stud. Pl. p. 17.* Non saltem ad eam rem *Vahlenus.* Vnos ad eam rem (*praecunte* Solos *Vssingio*) *Gertzius.* Non ad eam rem, ni *Onions l. s. s. inscite.* — homones decuit otiosos deligi *Langenus Stud. p. 44. Possis* decuit homines otiosos deligi: *sed* decuit deligi *cum aegre divellas, augere malui alliterationem insignem* desidiosos *pro* otiosos *adhibito.* — *V.* 454 censu careant *Gronovius.* census capiant (*scil.* censores!) *explicare studuit Turnebus Advers. XVIII 15.* census capiat (*scil.* otiosos) *explicandum* = *censio* (*multa*) *capiat coll. Rud. 1273. Brixium qui rationibus falsis usus v.* 453 *sq. secludebat optime refutavit Langenus, cum Sonnenburgius p. 15 v.* 453—456 *et* 457—459 *pro locis parrallelis habeat* (*cf. Ribbeckius p. 538*), *Baierus vero miro iudicio p. 126 v.* 455 *sq. secludat improbans quae non noverit. Ceterum si uno tantum versu A auctior fuerit — de quo Loewius cogitabat — necessario propter spatium de aliqua in eo dittographia cogitandum: id quod sane admittunt vestigia a Ritschelio indicata.*

457. Adfatim hominumst ℞. — esculas edunt *Acidalius. Cf. Vahlenus Mus. Rhen. XXVII p. 176 sq. Vide ad v. 453 sqq.*

461. *Traditam scripturam* '*nec sententia nec numeris ferendam*' *iudice vel Vssingio Vahlenus defendit obloquente Seyfferto* '*Jahresber.*' *1881/2 p. 84.* Quoi tam credideram insoluisse (*h e.* insueuisse) ℞ *quanquam dubitanter.* Quoi tam credo deum uoluisse *Bothius, contra quem Balbachius Obs. p. 25 dixit. At similiter Brixius* Quod tam credo deos uoluisse *sensu a parasito prorsus alieno.* Quoi tam certo eram aduocatus (!) *Kayserus cens. p. 420.* Quoi tam credo funus factum *ad sententiam Brixius in adn., in contextu Wagnerus.* Quod tam credo letum obiisse *Kochius Mus. Rhen XXIV p. 633.* Quoi t. c. ratum hoc fuisse *Kanius Mnemos. n. s. IX p. 344.* Quod t. c. datum nunc esse *Rothius Quaest. II p. 12 adn.* Quod t. cr. eum uoluisse *Onions p. 64.* Quoi t. cr. datum oluisse *Spengelius Philol. XXIII p. 178 sq. intellegens prandium Menaechmo datum, quod ille dedit potius. Nihilo minus vix dubito quin* oluisse *verum sit* (*cf. etiam* ob[u]oluit *scripturam v. 384*), *si modo ea vi accipias perfectum, qua mortuus* '*uixisse*' *dicitur et amator* '*fuisse*'. *Talis enim sensus requiritur e verbis oppositis* '*quam me uideo uiuere*' *atque optime sic reliquiarum mentio odore iam carentium se adplicat. Quod si verum est iam pro* Quoi (*scil.* prandio) tam credo datum *requiritur velut* credo odorem *vel* credo *ἀτμόν, quibus paululum praestare* halatum *visum est.*

463. Sed quid ego? uideo Menaechmum? *Bothius.* Set quid ego hic uideo Menaechmum? (*nisi males* Set quid uideo? eccum Menaechmum) ℞ *obloquente Kaempfio de pron. p. 14. Cf. Muellerus Pros. p. 35.*

466. sic ego '*quidam libri*' *Lipsii Ant. lect. II 13. De* potine ut *cf. Schraderus de* —NE *partic. p. 32* (*in B* ut *ante* ut *erasum testans* '*ut vid.*'). *de exordio scaenae in quo mire haeserunt Brixius, Wagnerus, Sonnenburgius vide Seyffertum* '*Jahresber.*' *1881/2 p. 84 adn. et Langenum Stud. Pl. p. 150 sq.* — *V.* 466—473 *Sonnenburgius p. 16 seclusit.*

468. esse eam dices faxo *cum Bothio* ℛ *obloquente Brixio.* — ita integrabitur *Ribbeckius p. 538: cf. ad v. 428 et 478 sq.* — *V.* 470 foris *Lambinus.*

471. *De* Nehercle is sim qui sum *cogitabat Lambinus. Cf. Victorius Var. lect. VII 20.* — Non hercule *Bothius, Bentleius.* Non edepol *fuit qui corrigeret: cf. v. 92.* — nisi *Camerarius.* ni ego 𝔖 *coll. Bacch. 505. Trucul. 307. Amph. 673, al. Post* ni (*non post* hercle) *hiatum admittit Vssingius neque melius iudicat Belowius de hiatu p. 14. Cf.* '*phil. Anz.*' *XVII, a 1887, p. 45.*

472. '*In verbis* obserua quid dabo *duorum versuum reliquias investigasse videor, qui tales esse potuerunt:*

Meque últus pulcre fúero. obserua[tóst opus
Prius étiam: post huic édepol mali ali]quíd dabo.

Interpolatorum librorum turbae cum Acidalio fraudi fuere tum Bothio et Lomano p. 65' ℛ. obserua quid dabo *optime vindicavit Langenus* '*Beitr.*' *p. 217. Cf. ad v. 466.* — *De* sperauerit *v.* 475 *cf. Cramerus de perf. coni. ed. Marburgi a. 1886 p. 18 et Wirtzfeldius de consec. temp. Pl. et Ter. ed. Siegburg. a. 1888 p. 21.*

476. 'tum apstuli *vel* item apstuli *scribat, qui hiatum tolerare nolet.* atque abstuli *Fleckeisenus suadet*' ℛ. ei *vel* inde abstuli *Muellerus Pros. p. 687.* hanc apstuli (Pallam quoius) *Wagnerus. Possis* scortumque accubui *coll. v. 1141 sq. Ceterum traiectionis in archetypo P causa* PRODI *et* PRANDI *initia fuisse videntur.*

478 *sq.* PEN. [Satín nunc loquitur dé me et de partí mea?] Nequeó, quae loquitur, éxaudire. MEN. Clánculum ℛ, Satin *pro* Satur *cum Bothio scribens et addens:* '*sic inter se transposui, priorem quidem uncis inclusum, ut qui ab A absit. Qui si Plautinus est, fortasse locum habuit ante v. 486 potius. Vulgatum ordinem servans Ladewigius p. 296 aliquid intercidisse inter v. 479 et 478 putabat, sic autem construi Acidalius volebat:* Nequeo quae loquitur exaudire. clanculum Satur nunc loquitur *e. q. s. Quae in B scripta sunt supra versum, rursum ea deleta manu prosteriore, non expedio.*' *Cum Acidalio distinxit Vssingius vitium tamen inesse putans, cum alii vel* loquitur clanculum *constructione coniunxerint, Brixius* '*clanculum*' *significare ex occulto sumpserit. At cf. Asin. 881* (*clanculum exaudit qui non advertitur exaudiendo sive visu sive sonitu sive halatu*). — Saturne loquitur *Kayserus cens. p. 418.* Furtim nunc loquitur *et mox* deque arti mea *olim Vahlenus Mus. Rhen. XVI p. 632* arti *sensu cassum ex* † fallac(ia) *male lecto peiusque correcto* '*lucratus*'. *Iam sine ratione versum defendit assentiente Baiero p. 127 adn., de quo item errabat Teuffelius* '*Stud. und Char.*' *p. 267 magisque etiam Brixius post v. 468 traiciens, ubi prorsus turbat, errans de A mireque* de meo *proponens. Recte iudicarunt Sonnenburgius p. 16 adn. et Langenus Stud. Pl. p. 301.*

480. eam mihi meae *vel* meae mihi ℬ. *Cf. Luchsius in Studem. Stud. I p. 61.* — *V.* 483 assentiri *Lambinus, ut v. 418.*

484. multis quid uerbis opust *Bothius.* uerbis quid multis opust ℛ. *Pro* opust *possis etiam* moror (*ut Ter. Andr. 114*): *cf. ad v. 502.*

485. bene fuit (*sc.* mihi) *Ekius in ed. Captiv. a. 1853 p. 52. Cf. Langenus Anal. Pl. I p. 7. Vide ad v. 478 sq.*

487. aduersum it *cum Grutero amplexus* (*neglecta* sit *scriptura*) Sed *in versus initio addebat Brixius perperam adhibitis locis, ubi alia eiusdem actoris verba praecedunt.*

489. Flagitium tu hominis ℛ: *item Fleckeisenus.* Flagitium homonis *Bergkius Opusc. I p. 148.* Hominis flagitium *Wagnerus. Item v. 709* (*cf. Asin. 473, Cas. III 2, 22 [II 1, 8]*). *Fortasse in ore vulgi, unde profluit convicium, in unam vocem coaluit* flagitiũ hominis (uominis).

491 *sqq.* Quid . . . . foro? *Brixius distinguens cum 'quibusdam' apud Lambinum, qui* Vt = *postquam explicans* foro, fecisti *construendo iungebat. Quod recipiens Vahlenus etiam* prandio, Cur ausus facere, quoi *distinxit, unde Olsenus p. 18* prandio — Cur ausus facere —, quoi *dubitanter* (*sed* ausus *om.* es *sine dubitatione*). — *V.* 492 me absente *Beroaldus.* med absente *cum Bothio* (*et Bentleio*) ℛ *in edit.: at cf. Nov. exc. Pl. I p. 23.* absenti *item def. Vssingius* (*idem* absente prandio *ob diiambum legitimum improbans, qui v.* 480 eám meaé *reliquit!*) *et Vahlenus Herm. XVII p. 599 sqq., quamquam hoc loco propter ipsum vitium* meo *nihil libris tribuendum est.* — *V.* 493 quum ea qua tu eraſ eram *codd. Pyladis* (ea que eris eram '*cod. Cantabr.*' *Salmasii*). quoi ego aeque atque haeres haeream *Lambinus.* quoi aeque ac eres (*i. erinaceus*) haeream *Iunius apud Lipsium.* heres eram *e vet. cod. etiam Scaliger adscripsit* quoi ego qua tu (h)eres eram *ad Festum coni. Nihil profecit Handius Turs. I p. 197.* quoi ego adaeque heres eram ℛ: *cf. Langenus 'Beitr.' p. 22.*

495. Qui mihi maldicas *Brixius in adn.* (*etiam de* Qui mi *cogitans*), *Ribbeckius.* Mihi qui maledicas *improbavit Kaempfius de pron. p. 34 ob allitterationem* (*quae sic minime cessat*) *pronomenque elatum, quod alia collocatione item effertur in simili sententia v. 374.* — homini hic ignoto insciens *cum Bb Camerarius.* homini ignoto insciens *Gruterus* (*probante Vahleno, qui ad formularum 'solus soli' 'absens absentem' similitudinem provocans 'insciens'* = *ignotus esse posse perperam sumpsit: debebat esse:* homini ignoto nescius *vel* homini hic nescio insciens). sic homini ignoto sciens ℛ. homini hic ignoto sciens *Brixius: cf. Muellerus Pros. p. 531.* sic homini ignoto insolens *Ribbeckius p. 539. Pro* hic noto *aut* hic ignoto *aut* hic nescio *scribendum esse neque ullo modo* hic *aut deleri aut mutari posse demonstrat v. 633 huc respiciens* ('*peregrinum aibas esse te*'): *quod non intellegens illo loco male de recensionis diversitate cogitavit Sonnenburgius. Quod ante* insciens *distinxi cf. Ter. Phorm. 59.*

497. (dari) Postea? Pe. eam.quidem *Camerarius.* (dari?) Posce. Pe. eam quidem *Bothius* (dari?) Pe. Pax: eam quidem ℛ *dubitanter.* Pe. Istam quidem *Vahlenus olim* (*probante et Brixio et Luchsio in Studem. Stud. I p. 7*), *iam servato* Post eam quidem (*sic etiam Bent-*

leius) *deinde* ante dédisse (!) *commendans.* PE. Poscae eam quidem *Palmerus Hermath. XIV* (*a. 1888*) *p. 300.*

498. quid tibi nomen est *Camerarius, ubi* quod *'alii libri' Lambini.*

499. quasi non nomen *Bothius, Bentleius. Mox* quoad *pro* quod *Geppertus Stud. Pl. II p. 66 abusus* QUAD *scriptura ex* QUA(SI) *eodem loco conspicuo in versu antecedenti repetenda.*

501. certe *pro* certo *Langenus Philol. XXXIII p. 709, 'Beitr.' p. 28.*

502. Aequom si facias *cum Camerario ℛ.* Si te aequom facias *Muellerus Pros. p. 759. Dubitavit de his verbis Vssingius ex simili ratione, qua Brixius* non sies *pro* ne sies *reposuit. At hiatus indicio est potius initio versus aliquid intercidisse, ut v. 484 in fine. Mox* non rogem *pro* non negem *'alios scribere' Pius dicit.*

506. Sanum esse, adulescens, sincipitium *ℛ olim, ubi* sincipŭt intéllego *olim Fleckeisenus admisit,* sincipŭt intéllego *def. Vahlenus Herm. XVII p. 606. Cf. Bentleius in Ter. Phorm. II 3, 21, Muellerus Pros. p. 80.*

508. hoc die *Bothius olim.* hodied *ℛ postea: cf. Muellerus 'Nachtr.' p. 118 adn. — Pro* atque ⟨eam⟩ dedisti (*cf. 561 A et 480*) eamque dedisti *Camerarius,* quam dedisti *Guietus,* ac detulisti *Muellerus Pros. p. 80 adn. et 506,* atque huic dedisti *Onions p. 65.*

510. *De* pallam dedi nec surrupui *cogitavit Brixius* (surpui *idem olim Quaest. p. 23*) *obloquente Vahleno ad v. 1073. Post verba* Satin sanus es *Peniculo tributa aliquid intercidisse cum Ladewigio p. 296 statuit ℛ. Velut:* Profécto nisi illum ut cónfiteatur fécero, (Occisast haec res). *Contra ex diversis recensionibus v.* 507—510 *et v.* 512—517 *derivabat Sonnenburgius p. 17. At nulla omnino iam relinquitur offensio.*

514. quia tu es *def. Vssingius!* quia tu is es *Spengelius T. M. P. p. 136, Bergkius Opusc. I p. 678! Cf. Muellerus Pros. p. 763.*

515. me fuisse indutum pallam *Bentleius itemque Muellerus Pros. p. 80 adn.* pallam indutum me fuisse *praeferens turbata allitteratione.* me indutum exiuisse pallam *fuit qui praeferret.*

517. piari iube, *quod Lingius p. 56 defendit, nolui mutare coll. Trucul. 631. Most. 815, al.* piari iubes *Pylades.* iubes piari *cum Guieto ℛ.* piari iuben *Bergkius Opusc. I p. 678. Mox* me quisquam *trai. Camerarius.*

519. iam, gesta ut sit *Pylades.* iam, uti sit gesta *Camerarius.* iam, ut sit gesta, ego *ℛ. De* iam, ut siet gesta *Brixii dubitandum cum Muellero 'Nachtr.' p. 89.* actutum, ut sit gesta *Wagnerus.* iam, ut sit gesta, ita *Weidnerus Advers. p. 15.* iam iam, ut sit gesta *Hasperus Ann. phil. CXXVII p. 133. Fortasse pro* eloquar *admittendum* deloquar [*coll.* (*d*)*enuntiare,* (*d*)*enarrare, sim.*] *vel* traloquar *vel* delicem. *De proximo versu dubitavit Muellerus Pros. p. 228 sq. iniuria expectans* rēcident iniuriae. — *V.* 521 inultus *coll. Most. 1113,* inultum *coll. Ter. Andr. 610; Haut. 918 apte defenderis. Cf. Baierus p. 95. — V.* 522 ut quemquem (*B*) *'propter numeros' def. Vssingius* (*cf. ad v. 492*)*, omisit Prehnius Quaest. Pl. de pron. indef. ed. Argentor. a. 1887 p. 2 sq.*

524 *sqq. Quod versus huius scaenae tantum non omnes* (*exceptis v. 555—558*) *retractatori, v. 528—537 interpolatori tribuit Sonnenbur-*

gius p. 17 sq. merito explosit Ribbeckius p. 539. Adde Langenum Stud. p. 151. — *V.* 524 orare ait te *Saracenus.* amare te ait *cum Bothio ℟: cf. Muellerus Pros. p. 487.* amabit era te *vel* ted amabit *Langenus* 'Beitr.' *p. 290 sq., 339 refutante Brixio Annal. philol. CXXIII p. 55 sq.*

525. nunc una opera *Camerarius.* una opera sibi *Vssingius.* — ad aurificinam *Bentleius.* — iam *additum coll. Bacch. v. 1075 (B) def. Brixius.*

526. huic *pro* hu(n)c *Pylades.* — tu pondo *idem, ubi* pondod *cum Buechelero ℟ Nov. exc. p. 64. Cf. Muellerus Pros. p. 531.*

530. quod hoc est *℟: item Fleckeisenus. Cf. Beckerus in Studem. Stud. I p. 284, et de* quid *ex A recepto cf. v. 341. 497. 1131, al.*

533. au! non *Acidalius.* an non *post Lambinum Bothius.* noenu *Bergkius Opusc. I p. 678. Cf. Muellerus Pros. p. 531.*

534. ⟨Me. Minumé.⟩ An. redde igitur, si *del.* spinter *℟. Obloquitur Brixius coll. Trin. v. 147, qui etsi et valde dubius est et longe aliter comparatus, tamen hoc loco quaestio apte ad praecedens responsum refertur, ex quo aliquid efficiatur.* — *V.* 535 quod ei dedi *Bothius.*

536. Istuc, ubi illae armillae sunt *Camerarius, itemque* (Istuc: ubi) *Vahlenus coll. Aristoph. Av. 648.* illae *delebat Bothius,* sunt *Brixius.* An. Istuc hercle. Me. Armillae ubi sunt *℟ addens:* '*sic conformanda duxi quae in libris turbata sunt. Nisi tamen liberius corrigendum:* Me. Quid istúc? armillae hercle úbi sunt'. *De priore commento cf. Muellerum Pros. p. 355 adn.* (*cf. ad v. 453*). *At sane* illae *latere in* iclae *prorsus inprobabile et propter ipsam corruptelam et propter versum: quae litterae nescio an reliquiae sint nominis, ad quod* armillae *adscriptum sit postea, velut* ubi uiriolae sunt.

537. Nam pol ⟨cum⟩ hoc una dedi *℟ addens:* 'non pol has una dedi *Ladewigius p. 296 suspicabatur, rectius de lacuna post hunc v. cogitans.*' Non pol cum hoc una dedi *Ribbeckius p. 539.* Tam pol hoc quam illas dedi *Vssingius olim. Non est quod lacunam statuamus, si* una *ex priore versu repetitum probabiliter corrigimus. Mox* Dicam curassere (*non* dicito curassere) *Lambinus.*

540. referentur *Madvigius Opusc. alt. p. 78. Mox* in auris *Pylades.*

542. Faciundas *def. Vssingius.* — nummum duom *malit Muellerus Pros. p. 102.*

544 *sqq.* cedo aurum mi: ego *℟.* cedo sis aurum: ego *Fleckeisenus.* cedo aurum: tum ego *quidam. At vix casui tribuendum quod, cum v. 546 recte* ego post *legatur, antea modo* ego *modo* post *exstat cum defectu versus. Ac v.* 545 post ego *iam Pylades correxit, quae invertit Spengelius T. M. P. p. 9 sq.* (*non recte simul* reddibo *suadens*) *assentiente Studemundo Annal. phil. XCIII p. 50 et ℟ Nov. exc. I p. 49 adn.* poste, *quod idem Spengelius commemoravit, hoc loco amplexi sunt Bergkius* 'Beitr.' *p. 48 et Ribbeckius p. 539 sq., etiam v. 546 suasit Bergkius Opusc. I p. 678. De* postid *utroque loco cogitabat Muellerus Pros. p. 737.* '*V.* 546—548 *diu est cum sic uti feci personis disposui. Nostram rationem Ladewigius p. 294 probat*' *℟.* — *V.* 547 nunc (*vix* ego *vel* pol) *add. Muellerus p. 651: malim* At non habeo. ⟦At tu, *praesertim cum* AT *ante* N *facile intercidere potuerit* (*cf. A v. 1048*).

548. *De* me haec *traiciendo* (*servato* me uis, *ubi* uis *etiam Bentleius*) *perperam cogitavit Vahlenus.*

549. quanti possint *Lambinus.* quantum possim *'alii' apud Lambinum.* quantum possit *R cum FZ et Scioppio Susp. lect. I 3.* quantum possint *vindic. Wagnerus.* — quique liceat *Scioppius.* "quique liceant *h. e. 'quicunque' h. e. 'quacunque ratione' h. e. 'quanticunque' coll. Pers. IV 4, 41. 109: non quod Rostio Opusc. p. 127 visum est 'cuique (emi) liceant': tametsi in Plautino versu apud Festum p. 306 M. est* cuique liceat ueneat, *ubi* quique *Scaliger*" *R* (*idem* uaeneant).

550. intro? abiuit *Camerarius.* intro? abiit atque *Pareus.* intro haec? abiit *Fleckeisenus, ubi* intro illa *vel* hinc intro *Muellerus Pros. p. 685,* introd *R Nov. exc. p. 81.* abiit intero (*vel* intro et *et mox* operiuit) *Brugmannus de iamb. sen. p. 20.* intro? intro abiit *S. De* me [e]quidem *v.* 551 *cf. Prol. Trin. p. LXXVIII, Luchsius Quaest. pros. II p. 19.*

554. profer *Brixius cum Langeno Philol. XXXIII p. 710 sq. At* confer *defendi potest, cum de advorsitore cogitet* (*cf. 557 sq. 437. 457. 706. 1051*).

556. Vt qui sequantur, hac me abiisse *Pylades.* ut || Si qui sequantur, hac me abiisse *Bothius, Bentleius* (*idem alias* Vt si qui sequitur . . . censeat). Si qui sequantur, hac me abiisse ut *Brixius in adn.* Vt si sequantur me, hac (*vel* hac me) abiisse *Caesar p. 56.* Vt siqui' sequatur me, hac abiisse *Vahlenus Herm. XVII p. 603 sq. Nonii scripturam, quam optime vindicavit Reblinius, multo exquisitiorem esse non magis intellegens quam* sequatur *formam cohaerere cum vitio* haec *in eisdem libris, denique contra rationem malum versum defendi ipsa memoria dissentiente ex locis non minus dubiis v. 268 et v. 601: cf. praef.*

557. Ibo, ut conueniam *Abraham Stud. Pl. p. 208: cf. Baierus p. 145. Neque tamen improbandum* Ibo et conueniam, *praesertim cum sequatur* Vt — sciat. *Cf. Poen. 794.*

558. bona di mihi danunt, ex me sciat *Bothius.* bona boni dant di mi, ex me sciat *Fleckeisenus.* bona dant di mihi, ex me resciat *Bentleius.* bona dant di mihi hic, ex me sciat *Vssingius.*

559. *Tertium actum hinc demum incipere vult Spengelius: cf. ad v. 446.* — ecmendicarim matrimonium *Bothius.* me patiar tali in matrimonio *Onions p. 65.* me patiar sperni in matrimonio *S. Sed cf. v. 514* (*D*), *515* (*CD*), *al.*

561. (domi) Est atque amicam *Bothius.* (domist) Atque hinc ad amicam *R.* Atque omne ad amicam (*vel* ad amicam omne) *Muellerus 'Nachtr.' p. 128.*

563. corona hinc ebrius *Camerarius.* corona hic ebrius *R in edit.* coronad ebrius *idem Nov. exc. I p. 64 cum Buechelero.* corona eam (*ducibus CD!*) *Muellerus p. 531, certam medelam habens. Cf. Stich. 664, al.* — *V.* 563 *sq.* (*item v.* 568 *sq.*) *secl. Sonnenburgius p. 18 sq. rationibus usus plane ridiculis.*

565 *sq.* quam hábuit: numnam *R, item Fleckeisenus. Et mox* Hem || Hac ábiit: *cf. Muellerus Pros. p. 391.*

567. eccum ipsum *Camerarius* (*an* eumpse?). eccum eccum *Gruterus.* eccum huc *R obloquente ex A Studemundo Annal. phil. XCIII*

p. 62. ecce eum *Schenkelius Stud. Pl. p. 694. — Cf. ad v. 653. — V.* 570 occupa *'alii' apud Lambinum.*

571—587. *De* DV *errore in D praescripto cf. R Opusc. III p. 19. 'Tractarunt hoc canticum, praeeunte ex parte Bothio, Hermannus Elem. doctr. metr. p. 304 sq. ad eiusque exemplum pleraque conformans Brixius Quaest. p. 15. A quibus in hoc potissimum discessi, quod v. 571. 572. 575. feci hexametros' R (scilicet bacchiacum v. 571, creticos catal. v. 572. 575, mox Opusc. II p. 726 sq. del.* molestoque multum *et* maxumi *tetrametros v.* 571 *sq. efficiens et v.* 575 Quoímodi clueat *segregans* [quoismodi *Lorenzius Philol. XXXV p. 177*]*: cf. Spengelius 'Ref.' p. 79. 46). At quam sententiam iam Hermannus l. s. s. commemoravit improbando, bacchiacos continuatos esse v.* 571—577*, probarunt Studemundus de cant. p. 84, Brixius, Spengelius 'Ref.' p. 247, alii: unde iam concidunt, quod inter alia v.* 572 *olim* hunce *dedit R (cf. Muellerus 'Nachtr.' p. 131), cum cret. catal. defenderit Christius 'metr. Bem.' p. 59 (cf. Spengelius p. 62), v. autem* 574 nunc *in fine adiecit Bergkius Opusc. I p. 169 sq., cum bacch. catal. admiserit R (cf. Spengelius p. 74 adn., 253), denique v.* 576 *pro* Si est *(ubi hiatum def. Christius 'Metr.' p. 426: cf. Spengelius p. 204)* Si is est *Hermannus corr.,* Si quist *R. Ceterum v.* 571 *servato* morum *Meursius* honc utimur — morem — molestomque *suasit, v.* 572 maxume *firmavit Langenus Philol. XXXIII p. 711. — V.* 578—584 *sic dedit R cum Hermanno (nisi quod is initio* Qui nec *post Bothium: ubi* neque *etiam inter* aequum bonum *inserebat post Pyladem Acidalius):*

Quí neque legés neque aequóm bonum usquám colunt,
Sollícitos patrónos habént.
580 Datúm denegánt, quod datúmst:
Lítium plení, rapaces,
Virí fraudulénti:
Qui aut faénore aut periúriis
Habént rem parátam: mens ést in queréllis.

V. 580—582 *sic Bothius discripsit:*

Datúm denegánt quod datum ést litum pléni,
Rapáces, uirí fraudulénti,

ac similiter Leo Herm. XVIII p. 577 sq., cum Bergkius quod datumst *Opusc. I p. 116 adn. (cf. Studemundus de cant. p. 43), postea autem p. 170* Datum *deleverit, Spengelius vero p. 248 (cf. 226 sq. 286) antea de* Patrónos sollicitós habent (= *v. 583*) *cogitans bacchiacos continuet:* Neque léges neque aéquom bonum úsquam colúnt, ⟨i⟩ patrónos sollícitos habént: ⟨i⟩ datúm denegánt quod datúmst litum pléni, uirí fraudulénti.

584. partam *Camerarius.* — mens est in querellis *verba del. Christius 'Metr.' p. 426!* mens eis inquies est *Bergkius olim, mox* pensei ninquolam rem *hariolatus.* mens est in quo (*vel* qua) lis est *Leo l. s. s. ex* NQUOL *quod Ritschelius notaverat.*

585. Illis ubi *Lambinus.* His uiris ubi *Bergkius.* Quibus ubi *Leo. Cf. Raevardius ad l. XII T. c. IV.*

586. male quae *Camerarius.* quae mali male *Bergkius Opusc. I p. 171 sq. (quod recoxit Vahlenus) etiam* [Quippe] *commemorans, sed potius tetram. brachycatal. (p. 157) probans: similiter Studemundus de*

cant. p. 11; cf. Muellerus Pros. p. 436 et Spengelius 'Ref.' p. 290 admisso Quĭppe *senarium voluisse interpolatorem sumens.*

587. Ad pópulum aut in iúre aut aput aédilem rés est ℟ (*ex A* AUT . . . . AEDILEM *notans*) '*ut aberraverit a vero Kampmannus de* IN *praep. p. 13' cum Weisio scribens* Aut ád populum aut ín iure apúd iudicém rest, *ubi* aut ad iudicém rest (*vel* aut ad iudicem est res *cum Hermanno*) *Bergkius I p. 172* apud aedilem *interpolatori tribuens* (*cf. v. 590*) *confirmante Baiero p. 147. Cf. Huschkius 'Verf. d. Serv. Tull.' ed. a. 1838 p. 606 adn. De interpolatione consentiunt Spengelius p. 266. 330* (*anapaestos admisso* iudícem res est *statuens*) *et Langenus Stud. p. 302.*

588 *sq. Octonarios troch. fecit ℟, ubi Bergkius p. 160. 172 per* quidam habuit cliens neque *vitiosum septenarium conclusit, anapaestos cum Muellero Pros. p. 73 Spengelius 'Ref.' p. 183 sq.* (*cf. 320*) *aliique agnoverunt. — V.* 589 Agere quicquam licitum est *Pylades.* Agere aut quicum uolui, licitumst ℟, Agere aut quicum lubitumst, licitumst *Muellerus: at sententiam hae mutationes pessumdant, cum Menaechmus 'aliud agere', non 'cum alio agere' voluerit. Ad* hau queiquam *duce A repositum cf. Amph. 680. — De* ita me(d) attinuit, ita me detinuit *male cogit. Vahlenus. Et haec et sequentia pervertit Winterus p. 65.*

590. Aput aedilem ℟ (*cf. v. 587 A*) *obloquente Bergkio p. 172 sq. Mox* Dixit *vitium Gronovianae. Cf. Bergkius p. 155 adn. 4.*

592 *sq. Sic ℟:*

Plús minus quam opus fúerat dicto díxeram, ut eam spónsio
Cóntrouorsiám finiret. quíd ille? quid? praedém dedit.

Plus minus *cum Pylade, ubi* Haut plus aut minus *Salmasius.* Haut plus haut minus *cum aliis Teuffelius 'Stud. u. Char.' p. 268 sqq., Studemundus, Brixius, quod nec lingua fert* (nec — nec *requirens*) *nec sententia, cum aut plus aut minus dicendo condiciones tortae efficiantur* (*male* confragosas aut p. a. m. q. o. e. *coniungebant Lambinus et Palmerius*). Vt plus aut minus *Bergkius I p. 156 sq.* — multo dixi in controuersiam *Lambinus.* mulctam dixeram in controuersiam *Palmerius Spicil. p. 48, quo duce* multae *Gronovius.* multo controuersiam Duxeram *Bothius et mox* ut ne *pro* ut (uti *Camerarius*), *quod rec. ℟ in edit. min., Kayserus p. 420* dixi cum aduorsariis (*del.* dicto), Vt ne sponsio hodie fieret *temptans, Vahlenus Mus. Rhen. XVI p. 633* dicto dixi, eam controuersiam Vt ne sponsio di(f)ferret *commendans, cui oblocutus Bergkius p. 153 sqq.* dicto multus dixeram ut Sponsio fieret *del.* controuersiam (*similiter Vssingius* dicto dixi ut sponsio Fieret). dicto *etiam Teuffelius del. simul* dixeram *pro trochaeo admittens!* Dicto duxeram controuersiam, ut Sponsio fieret *Studemundus: cf. Karlowa 'Röm. Civilpr.' ed. a. 1872 p. 53. Cf. Rodenbuschius de temp. usu Pl. ed. Argentor. a. 1888 p. 29. Mox* quid ille? praeuidem dedit *Buechelerus Ann. phil. LXXXVII p. 783* (*de quo etiam Bergkius cogitaverat* [*non recte in fine septenarii*], *postea tetram. brachycatal. statuens*). quid ille ignauos? quid? praedem dedit '*vir doctus' apud Brixium. Male Vahlenus comparavit Ter. Andr. I 1, 61 ubi in verbis* quid Pamphilus? quid? *prius* quid *Simonis est, alterum advorsitoris! Ad totum locum praeter eos quos Bergkius, Teuffelius, Karlowa commemorant cf. Mommsenus 'Staatsr.' II p. 482 sqq.*

594. manufesto ego hominem *post Bothium Spengelius Philol. XXIII p. 560.* manufesto illo ego hominem *Muellerus Pros. p. 610 adn.*

manufestum homonem ego *Bergkius Opusc. I p. 173 dubitanter. Inter* umquam *et* ullum *duce A* (?) quam illum *inser. Spengelius* '*Ref.*' *p. 141 adn.* — uidi tenerier *Koepkius.*

596—603. '*Iambicos octonarios sex cum duobus anapaesticis septenariis descripsi. Minus recte haec tractasse Fleckeisenum puto Philologi II p. 78.* diem corrupi optimum, *in libris posita ante* iussi *delevi ut glossema*' ℟ *praeterea v.* 596 corrupit *cum omnibus et v.* 597 inspexim meis *reponens obloquente Luebberto Stud. gramm. I p. 43. 45. Eodem versu* qui hocedie *Bergkius Opusc. I p. 173. Ex illis verbis* ita mi hunc optumum hodie *v.* 596 *corr. Brixius, cum suo loco* diem corrupi, opimum *Rittershusius apud Scioppium Susp. lect. II 19 Bentleiusque* (*unde* opimum iussi mi apparari prandium *Muellerus Pros. p. 617*), Diem corrupit optumum *Bothius* (*itemque Spengelius ita, ut* Diem corrupit . . . . prandium *in suspicionem vocet*), D. corrupi ego o. *Bergkius,* D. corrupi ita o. *Vahlenus.* — *V.* 598 *et* 599 *invertit Brixius. Dimetros post Geppertum Kiesslingius Anal. Pl. p. 6 suasit. V.* 601 Quam méae hodie uxori ábstuli atque détuli huic Erótio ℟, *ubi admisso exitu* détuli Erótio *non modo Bothius senarium constituit et olim Spengelius T. M. P. p. 11 sq.* (*iam* meae *cum* ℟ *inserto et* Erotio *deleto vitium corrigens*), *sed etiam Vahlenus Herm. XVII p. 603 improbata interpolationis suspicione olim ab ipso mota et Brixio* (*olim Quaest. p. 54 proponente* Placabit palla quam abstuli | uxori atque ad eam detuli), *Bergkio, Spengelio, aliis probata, bene a Langeno Stud. p. 302 sq. refutata* (*ex parte etiam a Sonnenburgio p. 19* Quam meae hodie uxori abstuli *revocante: qui post Fleckeisenum recte monuit v.* 604 *aperte ad haec verba ab uxore exaudita referri*). hinc *pro* huic *inter alia Winterus p. 65. Cf. praef.* — *V.* 603. Men. Satis si sapiam *Kiesslingius Anal. Pl. II* (*ed. a. 1881*) *p. IV coll. Trin. 636, Most. 928: at cf. Pseud. 935 sq., Capt. 446, al. Vide etiam Bergkium Opusc. I p. 383. Ibidem* Mv. mane *etiam Sonnenburgius. Transpositio* potius erit *Camerarii est.*

604 *sqq.* '*Post versum 603 lacunam esse, in eis autem quae sequuntur pristinum versuum ordinem graviter turbatum Ladewigius p. 296 sqq. sensit, in longe tamen paucioribus ille transpositionibus acquiescens* [*scilicet* 606. 609—617. 604. 605. 618. 619. 607. 608. 620], *quam quibus opus esse nobis visum est. Qui quos versus, ratione ut putamus imperante, sic uti factum esse vides collocavimus ei in libris hoc se ordine excipiunt* [*ex numeris infra praescriptis*]: *626. 625. 614. 607. 608. 615—619. 639. 620—624. 609. 610. 604. 611—613. 605. 606. 627—638. 645. 640—645. Frustra mea sententia tralaticium ordinem prope totum Fleckeisenus defendit Philologi II p. 108 sqq.* [*v.* 619 *post v.* 606 *traiciens*]. *Intercidisse fere talia possunt:*

Quisnam hic loquitur? quid ego uideo? meo cum parasito simul
Vxor eccam ante aedis adstans mihi facit remeliginem:
quae iam excipiat v. 604 [*622*], *ubi* nugas agis *irrepsit e. v. 610* [*621*] *sqq. exturbans* set conloquar *(vel aliquid simile)*' ℟. *Sic igitur totus locus perhibebatur in proeodosi:*

Menaechmvs

* * * * * * * *

Trístis admodúmst: non mihi istuc sátis placet. [set cónloquar.] 622
605 Díc, mea uxor, quíd tibi aegrest?

PENICVLVS
Béllus blanditúr tibi. 626

MENAECHMVS
Pótin' ut mihi moléstus ne sis? núm te appello?

MATRONA
Aufér manum, 627
Aúfer hinc palpátiones. pérgin tu?

MENAECHMVS
Quid tú mihi *) 607
Trístis es?

MATRONA
Te scíre oportet.

PENICVLVS
Scít, sed dissimulát malus. 608

MENAECHMVS
Númquis seruorúm deliquit? num áncillae aut seruí tibi 620
Résponsant? elóquere: inpune nón erit.

MATRONA
610 Nugás agis. 621

MENAECHMVS
Cérte familiárium aliquoi írata's?

MATRONA
Nugás agis. 623

MENAECHMVS
Núm mihi's iráta saltem?

MATRONA
Núnc tu non nugás agis. 624

MENAECHMVS
Nón edepol delíqui quicquam.

MATRONA
Hem rúsum nunc nugás agis. 625

MENAECHMVS
Quíd illuc est, uxór, negoti?

MATRONA
Mén rogas?

MENAECHMVS
Vin húnc rogem? 606
Quíd negotist?

---

*) '*Fortasse sic potius personis haec distribuenda:*
PE. Aufer hinc palpationes. ME. pergin [*pro* perge] tu? — quid tu mihi'.

MATRONA

Pállam

MENAECHMVS

Pallam?

MATRONA

Quídam pallam

PENICVLVS

615 Quíd paues? 609

MENAECHMVS

Níl equidem paueó — nisi unum: pálla pallorem íncutit. 610

PENICVLVS

At ego, tu ne clám comessis prándium. perge ín uirum. 611

MENAECHMVS

Nóu taces?

PENICVLVS

Non hércle uero táceo. nutat né loquar. 612

MENAECHMVS

Nón hercle ego quidem úsquam quicquam núto neque nictó tibi. 613

PENICVLVS

620 Níhil hoc confidéntiust: qui, quaé uides, ea pérnegat. 614

MENAECHMVS

Pér Iouem deosque ómnis adiuro, úxor: satin' hoc ést tibi? 615
Mé isti non nutásse.

PENICVLVS

Credit iám tibi de isto: illúc redi. 616

MENAECHMVS

Quó redeam?

PENICVLVS

Equidem ád phrygionem cénseo: i, pallám refer. 617

MENAECHMVS

Quaé istaec pallast?

PENICVLVS

Táceo iam: quando híc rem non meminít suam. 618

MATRONA

625 Clánculum te istaéc flagitia fácere censebás potis? 605
Né illam ecastor faénerato mi ábstulisti. síc datur. 604

PENICVLVS

Síc datur. properáto apsente mé comesse prándium: 628
Póst ante aedis cúm corona mé derideto ébrius. 629

MENAECHMVS

Néque edepol ego prándi neque hodie húc intro tetulí pedem. 630

PENICVLVS

Tún negas?

MENAECHMVS

Nego hércle uero.

PENICVLVS

630 Níhil hoc homine audáciust. 631
Nón ego te modo híc ante aedis cúm corona flórea 632
Vídi astare, quóm negabas míhi esse sanum síniciput 633
Ét negabas mé nouisse, péregrinum aibas ésse te? 634

MENAECHMVS

Quín ut dudum déuorti abs te, rédeo nunc demúm domum. 635

PENICVLVS

635 Nóui ego te. non míhi censebas ésse, qui te ulcíscerer: 636
Ómnia hercle uxóri dixi.

MENAECHMVS

Quíd dixisti?

PENICVLVS

Néscio. 637
Eampse roga.

MENAECHMVS

Quid hóc est, uxor? quídnam hic narrauít tibi? 638
Quíd id est? quid tacés? quin dicis quíd sit?

MATRONA

Quasi tu néscias. 639
Né ego ecastor múlier misera.

MENAECHMVS

Quí tu misera's? mi éxpedi. 619

MATRONA

Mé rogas?

MENAECHMVS

Pol haút rogem te, sí sciam.

PENICVLVS

640 O hominém malum: 640
Vt dissimulat. nón potes celáre: rem nouít probe:
Ómnia hercle ego édictaui. *e. q. s.*

Hunc igitur ordinem cum alii probarunt tum Ladewigius Philol. XVII p. 463, Brixius, Vahlenus, Langenus Stud. Pl. p. 45: cum in librorum memoria acquieverint Vssingius, Lorenzius 'Jahresber.' a. 1880 p. 74 sq., Dombartus 'Bl. f. bayer. Gymn.' XVII (a. 1881) p. 37, alii. Contra Kiesslingius Anal. Pl. II p. III—VIII priorem saenae partem v. 604—619 [626. 625. 614. 607. 608. 615—619. 639. 620—624 ℞] *alteri recensioni tribuit, quae pristino exordio substituta sit. Quam sententiam merito explosit Ribbeckius p. 540 sqq. ita cum Ritschelio faciens, ut praeter alias mutationes singulis locis mox adnotandas v.* 611—618. 605 [617—625 ℞] *secluderet ut dittographiam versuum 604. 628—635* [*627*

